AD JURIS FEUDALIS
COMMENTARIA
D. NICOLAI GAJETANI AGETA.

Digitized by Google

AD JURIS FEUDALIS
COMMMENTARIA
D. NICOLAI GAJETANI AGETA

J. C. Parthenopæi in Supremis Regni Neapolis Regiis Tribunalibus ſolertiſſimi Advocati

CLEMENTISSIMI REGIS CATHOLICI
PHILIPPI QUINTI
HISPANIARUM MONARCHÆ
B E N E F I C I O

In Lyceo Neapolitano Inclyta in Cathedra Feudali publici, ac perpetui Interpretis

S u b A u s p i c i i s
EXCELLENTISSIMI DUCIS
E S C A L O N Æ,
AC MARCHIONIS VIGLIENÆ

Vigilantiſſimi Pro-Regis, optimarum literarum, ac publicæ tranquillitatis Protectoris, Regnique Neapolis Pauperum pro Juſtitia, & Annonæ abundantia piiſſimi Fautoris

P R I M O R D I A L I A.

Superiorum licentia Typis edita
Anno Redemptionis MDCCIV.
Ex Officina Dominici-Antonii Parrino.

Scribe Sapientiam in tempore vacuitatis:
Nam verba de facili tranſeunt, ſed
ſcripta manent.

Div. Thom. ad Philippenſes 3. poſt princ.

Et per hoc, qui in ſcripturam redigit, quæ
novit, ad aliorum eruditionem, fit pe-
rennis ejus memoria in terris.

*Ex l. Div. Marco C. de quæſt. l. 1. de vet. jur. enucl.
Iſern. in proęm. feud.*

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Signore.

DOmenico Antonio Parrino ſupplicando eſpone à VS. Illuſtriſs. come deve dare alle ſtampe *le Lezzioni feudali compoſte dal Magnifico Avvocato Gaetano Ageta*: ſupplica per ciò VS. Illuſtriſs. reſtar ſervita ordinare la reviſione à chi meglio parerà à VS. Illuſtriſs. che il tutto riceverà à gratia, ut Deus.

D. Alexander Guidelli revideat, & in ſcriptis referat hac. die 11. *Auguſti* 1704.

Jacobus Maria de Roſſi, Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis, Vic. Gen.

D. Petrus Marcus Gyptius Canonicus Deput.

Iuſſui obtemperans Dominationis tuæ Illuſt. attentè perlegi ſupradictas *Feudales lucubrationes*, & quia in eis nihil adverſum bonis moribus, ac ſacroſanctæ noſtre fidei comperi, typis dari poſſe cenſeo, ſi perinde Dominationi tuæ Illuſt. videbitur.

D. Alexander Guidelli.

Attenta retroſcripta relatione, Imprimatur. Neap. 3. *Martii* 1705.

Settimius Palutius Vic. Gen.

D. P. M. Gyptius Canonic. Deputat.

Ec-

Eccellentiſſimo Signore.

Domenico Antonio Parrino eſpone à V. Ecc. come deſidera imprimere nella ſua ſtamperia *le Lettioni Feudali* da tempo in tempo, che ſi ſono, e ſaranno dettate dall'Avvocato D. Nicola Gaetano Ageta Catedratico proprietario per S.M. che D.G., deſtinato per ſervire l'inclita Catedra Feudale di queſta Fedeliſſima Città, e Regno di Napoli. Ricorre per tanto à V.E. e la ſupplica concederli il permeſſo, che il tutto riceverà à gratia, ut Deus.

Magnificus Regius Conſiliarius D. Blaſius Altimare videat, & in ſcriptis referat.

GASCON REG. BISCARDUS REG. ULLOA R.

Proviſum per S.E. Neap. 18. *Julii* 1704.

Cœteri RR. non interfuerunt.

Maſtellonus.

Ex-

Digitized by Google

Excellentiſſime Domine.

Libentiſſimè legi, & attentiſſimè obſervavi Inſigne Opus, diſtinctè elaboratũ ab Inſigni Juris Conſulto D. Nicolao Gaetano Ageta, inſcriptum: Lectiones feudales, quæ pedetentim ſunt, & erunt propoſitæ ab ipſo, tanquam Cathedratico feudali proprietario, electo per ſuam Catholicam Majeſtatem, quem Deus per mille annos ſervet incolumem, hujus Civitatis, & Regni. Et quia in opere prædicto nihil reperii adverſans Regali Jurisdictioni, immò plus quam utile, & neceſſarium cenſeo illud omnibus Juris conſultis. Ideò imprimi poſſe cenſeo, niſi aliter Excellentiæ Veſtræ videbitur. Et veſtros deoſculor pedes. 18. Kal. Septembri MDCCIV.

Excellentiæ Veſtræ

Humillimus Servus
D. Blaſius Altimarus Regius Conſiliarius.

Viſa ſupradicta relatione, Imprimatur; verum in publicatione ſervetur Reg. Prag.

GASCON R. BISCARDUS R. ULLOA R.
Cœteri RR. non interfuerunt.

Maſtellonus.

Digitized by Google

EXCELL.ME PRINCEPS.

U*Bi primum in Regio Gymnaſio Prouinciam ſuſcepi earum legum explicandarum, quæ ad*

utile Principiũ Dominiũ pertinẽt; eo curas omnes, ac ſtudia contuli, ut quæ in umbra tractaſsẽ, eadẽ publicæ luci ferendę jam tum deſtinarem; Teq; mihi, ut laboris, ſic & laudis, ac famæ auſpicem ſeligerem: Quid enim aut antiquius, aut laudabilius obtingat mihi; quàm aut ſuffragio tuo facem præferente Forum ingredi, aut Te Mecœnate plauſum ſeræ poſteritatis aucupari; quamquam quod ad me attinet, votorum ſummam me aſſequutum reor, ſi opus hoc à Te uno

pro-

probetur; mihi enim Tu unus inſtar omnium es: á Te glorię (ſi qua demum ea eſt) principium; Tibi deſinat. Quare librum Te authore, elucubratum Tibi ſiſto, tanquam obſeruantiæ erga Te meę monimētum. Ne tamen temeritati mihi vertas, quod fauſtiſſimo tui nominis auſpicio ejus frōtem pręfulgere ſtatuerim, nam cum in eo de jure Principum virorum agam, par eſt, ut in ipſo aditu Lectori aliquod nobilitatis inſigne occurrat, quod & operi, & Authori exor.

Digitized by Google

tam famam conciliet, cujus ego auſpicium, á quo ſplendidius ſumendũ arbitrer, quam á Te, qui inter Heroas Principatum Nobilitatis obtines, quod Pacięcus es, quod mente, quod animo ſummis gloriæ faſtigiis inſides.

Paciæca Domus ex annorum ruderibus ſupra Regum apices attollitur; vel eo demum nomine, quod ab Heroicis temporibus nobilitatem deducat ſuam: ſanè pluſquã regium eſt in antiquis Romanę Reipublicę faſtis ad L.

Syl-

Syllæ ad M. Craſſi ad C. Julii Cæſaris fortunam Paciecos pertinere: eorum amicitia, atq; hoſpitio inſigniri; & propè parem gloriam aſſequi Hiſpanorum nobiliſſimi equè, atque acerrimi viri Paciæci a *bellicas laudes adeo ſuſpexit. L. Sylla, ut eundem magni exercitus Ducem crearit, & adverſus Sertorium in Africam miſerit, ut Aſcalim Mauritaniæ Regno pulſum Aulæ reſtitueret.* b *Vibii*

verò

a Plutarchus in Q. Sertorio. Aldretius de antiquitat. Hiſp. lib. 4. cap. 18.
b Plutarch. in M. Craſſo. Ambr. Morales in Chron. Hiſp. lib. 8. cap. 13. & 39.

verò Paciæci fidem, atque authoritatem quis pari laude efferat? Cui Viro quantum Poſteri, quantum Patria debeat, vel ex eo cognoſcere licet, quòd M. Craſſus cognomento diues, mox Princeps Reipublicæ, cum in extremam Hiſpaniam Marianum furorem vitaturus ſe cõtuliſſet, cumq; ea in Prouincia plurimi Syllanæ factionis Senatores Romani inuenirentur, Hiſpanum Virum Romanis, Paciecum Metellis, Scipionibus, Pompeiis præferens, Vibium

adiit,

*adiit, ejus in fidem, ac cliente-
lam ſe tradidit, eumque vitæ
ſuæ tutelarem aram aduerſus
C. Marii potentiam eligere
maluit: quem Vibius huma-
niſſimè exceptum in ſpelunca
prędii ſui ad oram maritimã
inter Heraclæam, & Arun-
dam lautè, ac ſplendidè habi-
tum per octo menſes, uſque ad
Marii necem ſeruauit incolu-
men. Facti ingentis fama uſ-
que ad noſtram ętatem incre-
buit; Nam in eo Hiſpaniæ
tractu, qui proximo Gadibus
mari alluitur Rupem, ac Spe-
lun-*

luncam incolæ etiam nunc oſtendunt, qualem, quantam. que Plutarchus in Craſſi vita commemorat; quæ profectò Rupes Herculeis columnis, ut ſitu, ſic fato finitima cũ Capitolio ipſo de gloriæ principatu contendit: eoque clariorem ſibi famam vendicat, quo præſtantius eſt victorem Gentium virum cum aduerſa fortuna confligentem defendere, quam ob Hoſtes bello domitos triũphum mereri. Scilicet agere, & pati fortia Romanum fuerit; at Hiſpanum eſt fortem

Vi-

Digitized by Google

Virum fortia pati coactum auxilio juvare; Hiſpanum eſt amicitias cautè ſuſcipere, ſuſceptas & omni officio excolere, & in utraque fortuna ſumma ope, atque animi contentione uſque ad vitæ exitũ perducere. Quanta verò gloriȩ acceſſio Domui tuæ facta eſt C. Julii Cȩſaris Dictatoris auſpicio? c qui & bello Gallico ſȩpe C. Junii Paciȩci fideli opera uſus eſt in Pacis conditionibus ad Ambiorigẽ Eburonum Regem perferendis

b dis

c Cæſar de bello gallico lib. 5. Morales loco laud. Paul. Manut. in Hirtium.

dis; d *Et Hiſpanienſi bello Lucium Julium Paciæcum Hominem(ut ait A. Hirtius) ejus Prouinciæ notum(hoc & magni apud Hiſpanos nominis, atque adeo nobilem) & non parum ſcientem, undecim cohortibus, totidemque Equitum turmis præfecit, & Ullæ à Pompejanis oppugnatæ per confertos hoſtes immiſit, qui irruptione facta Gneum Põpejum Caſtra movere, & ab ejus Urbis obſidione recedere coë-*

d Hirtius lib. de bello Hiſpanienſi, in quem locum Paul. Manutius ſic habet legendum puto omnibus in locis Paciæci, quæ ſanè familia hodieque in Hiſpania nobiliſſima eſt.

coëgit; cuius quidem viri nomen Julio nomini adſcriptũ, non modo eum Romana Civitate; verum etiam Patricia, atque adeo Cæſarea nobilitate donatum probat. Quid plura? [e] *M. Tullius Cicero, quàm ſæpè ſuis in epiſtolis Pacięcum memorat? Sive is fuerit Lucius Julius, ſive alius, eum ſanè conſtat Cajo Cęſari in primis amicum, & civili bello eiuſdem partes ſequutum: At Valerius Maximus* [f] *Pacięcos Fratres*

[e] Cic.lib.6.fam.ep.19.ad Leptam, & lib. 12. ad Atticum ep.1.& alibi. [f] Val.Max.lib.5.cap.4.

Tyrannidis, ac paternę necis vindices pręſſis nominibus ita celebrat, ut planè demonſtret illos ſuę Domus titulis legenti innoteſcere. Quę cum ita ſe habeant Regum invidiam gratulor tibi; quis enim eſt, qui ſceptra Maiorum tuorum faſcibus non ſubmittat? quem nō iuuet Paciæcum potius eſſe, quàm Regem? quid vero glorioſius, aut ad oſtentationem famæ ſplendidius ſperari, aut optari á quoquam poſſit? quam ad eam Domum pertinere, ex qua tot fortiſſimi

Du-

Duces Reip. Romanę monumentis celebrati prodiere, quę Domus nec Fortunę, nec Ætati cedit, interque Vrbium, àc Regnorum ruinas ultra fulmina immoto faſtigio conſurgit; & ſummos Hiſpanię Nobilitatis vertices umbra complectitur; cujus è poſtibus faſces, palmę, Laureæ, Sceptra, infulę, purpuræ, tergeminæ Summi Pontificatus tiarę pendent, ingens, atque ære perennius de Tempore devicto tropęum: Nam cùm tempus impetu ſuo Heroum Statuas,

trium-

triumphales arcus, Theatra, Arces denique, licet Marti inacceſſas corrodat, atque imminuat, cumque ipſa Cæſarum numiſmata gloriæ immortalitatem ſpirantia, aut carpat, aut abſumat, nullum tamen ab eo Paciæcorum, aut Nobilitas, aut nomen detrimentum cœpit: atque adeo quot in hac Domo per octodecim ferè ſæcula Viri, totidem Hiſpaniæ Optimates recenſentur. Hæc paucis delibavi, ut Tibi Principatum inter Principes Viros ex generis

tui

Digitized by Google

tui ſplendore pretium vindicarem, cœtera Domus Tuę ornamenta ad Hiſtoriam ſpectant, non ad epiſtolam, nec iis faſti deſunt, qua Hiſpani, qua exteri. Quod reliquum eſt, ut tam vaſtam gloriæ molem certos intra fines contraham, illud citra audacię notam dixerim: Majores tuos Paciæco nomine dignos, agmini pares in Te unum tanquam avitæ laudis ex aſſe hæredem ſuperſtites confluere; incertumque eſſes Tu ne illis, an illi Tibi plus debeant, quod accep-

tũm

tum ab iis antiquæ dignitatis patrimonium tùm mentis, tùm animi nobilitate amplificaveris: Et mentis quidem nobilitas generis nobilitati mirum in modum reſpondet; Utraque antiquitatem ſapit, utraque Heroicis temporibus digna eſt: ſic enim Humanarum, Divinarumque rerum inſtitutis flores, ſic eloquentiam, Hiſtoriam, Philoſophiam, Matheſin, Juriſprudentiam, Theologiam, ac cœtera ſapientiæ decora in Te unum contuliſti; ut cum De-

mo-

Digitized by Google

moſthene, cum Thucydide, cum Euclide, cum Ariſtotele, cum Platone, ac reliquis ſummis Viris contendere de Laurea poſſis: quodque finitimum portento eſt laudibus his plurimarum linguarum peritiă coniunxiſti; & à florente ætate, qua privatis, qua publicis curis interioris eruditionis ſtu. dia ita inſeruiſti, ut ea alterno ductu ſe exciperent, utque inter faſces, atque enſes tractandos quotidianus calami adhibendi uſus vigeret. Eloquentiæ tuæ debet Pannoni-

cum bellum Hiſpanos Heroas, quos tu Chriſtiano illo tuo voto ad arma contra infenſiſſimum Fidei, ac latini nominis hoſtem ſumenda inflammaſti: Debet Buda devicta compoſitas inter Noricum, ac Lotharingium Ducem ſimultates; quæ moram tantæ expeditioni obtruſerãt. Sapientiæ tuæ publicam civium felicitatẽ tot Regna debent, quæ hactenus adminiſtraſti; plurimum enim ad Populorum ſalutem ſeruandam Moderatoris mens, & ratio

con-

Digitized by Google

confert; quæ quemlibet euentum ad calculos reuocet; & humanarum Divinarumque rerum ſcientiam in conſilio cogitationum ſuarum adhibeat. Qui ſic Populos regat, ille non in corpora ſolum, verùm etiam in mentes hominum, quæ nulli imperio ſubſunt, ius habeat. Prudentiæ tuæ Te ipſum debent quatuor Regna, quæ Tibi difficillimis temporibus duo ſapientiſſimi Reges, gubernanda ne an ſoſpitanda tradidere: neque enim quiſquam erat, cuius fi-

Digitized by Google

deli poteſtati populorum ſecuritas felicius credi poſſet. Quod Terraconenſes, quod Auſtrigones, quod Laletani imperium belli, vel non ſubierint, vel compreſſerint, tuum eſt. Quod Sicilia, quod hoc Regnum armis per totam Europam latè debaccantibus, vix tenuem Martis ſuſurrum è longinquo ſenſerint, tuum quoque eſt Te tranquillitatis Statore, atq; auſpice, nec exitus domeſticis hoſtibus (ſi qui tamen ij ſunt) nec aditus externis patet: Uſq; adeo

om-

Digitized by Google

omnes bellico furori præcluſiſti: monumentis littora, pręſidiis Urbes, annona plebem, humanitate equeſtrem ordinem, authoritate Magiſtratum confirmaſti; illudque effeciſti, ut vel in dubia Martis alea non modo tuti, verum, & ſecuri eſſe poſſimus. Equidem cum Te Tibi confero, & quid in Caſtris, quid in Aula feceris, quidque in utramque partem de rebus á Te geſtis dici queat, mecum reputo, ſic ſentio; quamuis tropęa paſſim in Iberi, ac Danubii ripis á Te

ere.

erecta ſummis Te Ducibus æquauerint, eo tamen uberiorem Tibi palmarum ſegetem in Aula ſuccreviſſe, quo maius eſt militaris laudis fructũ ſine militum ope decerpere; atque hoſtem conſilio potiùs, quàm manu ſuperare. Jam nullus eſt, qui nos terreat armorum fremitus, terra, marique omnia pacaca, & ad ſecuritatem ſpectàntia; ſic eſt profectò, Tu ipſe magni nominis auſpicio validiſſimi agminis ſpeciem hoſti exhibes: cuius nec vultum, nec famam ad-

ver-

verſę acies ſuſtineant. Toties viciſti, quoties Regni inuadendi conſilium hoſtis abiecit; toties vinces, quoties eundem abiecti conſilii pœnitebit. Quid? quod ſi agendum tãdem bellum ſit, modo Te Ducem habeamus, nec claſſe opus eſt, nec acie: Populorum animis opus eſt, quorum amor & claſsem inſtruet, & aciem: Ad hoc nouum urbanę militię genus Tu curas omnes, ac ſtudia tranſtuliſti. Cumque Tibi ſubeat, Vrbem hanc ita eſſe, vel à multitudine, vel ab in-

ge-

genio Ciuium comparatam, ut nec cuiquam ſeruiat inuita, nec à quoquam vinci poſſit, niſi à ſeipſa. Ciuium delectum habendum, atque eorum fidei ſummam belli committendam decreuiſti. Nemo eſt, qui huic militiæ nomen dare non gaudeat, nemo qui ſe militari Sacramẽto non obliget; tunc ſcilicet turmatim ad ſigna concurritur, cũ Tu ſupplices libellos, cum pauperum lacrymas mitiſſimè, atque humaniſſimè excipis, cum inuectus curru per Vrbem leni vul-

tu

tu lictorum cohortem ſubmoues, ne denſam populi ad Te confluentis multitudinē ſubmoueant; cum facilem aditū infimo cuiq; non tàm prębes, quàm exhibes; cum proſtratam plebis fortunam ampliſſimis largitionibus erigis; cū omni conatu, atque ope eniteris, ne quid publica, ne quid privata res detrimenti patiatur. Hoc ſanè eſt legiones parare, non ex Tyronibus, ſed ex Veteranis conflatas: nam nulla eſt tam triūphis apta, tam in omnes belli caſus in-

ſtructa virtus, quàm quæ ab amore proficiſcitur. Exercitum habes, cui nec Alexander Macedo, nec ambo Scipiones Africani videre parem: Nemo in eo eſt, qui tuam dignitatem, ac laudem vitæ, fortuniſque ſuis potiorem non putet; Nemo qui Te ſibi diù præeſſe non optet. Hi prudentię tuæ fructus ultra omnem fidem ad publicam ſalutem, atque incolumitatem conferunt: Nam cum primùm huic Urbi tanquam publicæ rei jam penè conclamatę reſtitu-

tu-

tutor Cœlo demiſsus affulſi-
ſti; conſpectu ipſo populi mo-
res compoſuiſti; jam tum ſpe-
ctatam alibi, ac plauſu per
plures annos exceptam mo-
derationem tuam, pietatem,
iuſtitiam cum clementia con-
iunctam, cõmunis boni amo-
rem ſuſpeximus. Hinc om-
nium oculi, ac vota in Te
unum tanquam in Nobile
virtutum exemplar defixa:
Hinc lętæ acclamationes ſi-
ve meritis prȩmia, ſiue ſceleri
pœnas diuidi iubeas; noui-
mus uniuerſi Te nemini iraſci

*(quod parentem amantiſſi-
mum decet) niſi ut proſis: no-
uimus Te unum illud metue-
re, ne quis Te metuat: Explo-
ratum enim habes violentà
imperia diù conſiſtere non
poſſe; inualidumque diutur-
nitatis cuſtodem metum eſſe:
Securibus, ac faſcibus ani-
mos non patère, amori per-
vios, cui uni in corda domi-
nium obtigit. Amor ſicas è
manibus perditorum homi-
num extorſit; idem ſcelèri ve-
recundiam obtruſit; ſeditionis
ante aduentum tuum excita-*

tę

tæ igniculos extinxit: eſt enim ut torrentis, ſic multitudinis impetus, utrumque, ſi aggeribus premas, irrites acriùs: ſi laxatis obiicibus diffluere ſenſim permittas, ad ſaxa alliſum ſua majore ſtrepitu, quàm fluctu jam exiguum, jam nullum videas. Eò tandem nunc Regni fortuna deducta eſt, ut hoc unum timeant Cives, ne Tibi diſpliceant. Æſtus ille popularis paucorum audacia concitatus, nunc tandem tua authoritate, prudentia, fortitudine

ita

ita detumuit, ut qui animum á rerum novarum ſtudio, ad pacata conſilia non reuocauerit, ſit nemo: priuata commoda publicæ ſaluti ſeruiunt, Rectum legibus, leges foro præfulgent, & quo quiſq; aut ab opibus, aut á dignitate potentior eſt, eò enixiùs moderationis tuæ exempla conſectatur; Ciues denique omnibus officiis inter ſe decertant in Te tanquam Patriæ Patre laudibus exornando, Te Titum ſuum, delicias generis humani, Te Trajanum (non

qui-

quidem pari imperio, at certè pari fato) appellare non dubitant: etenim planè perſpiciunt Te rerum tuarum, ac vitæ oblitũ non modo regiam rem, verum etiam priuatas Ciuium fortunas impenſiùs curare, ac tueri, quam tuas: Hinc ille paternus in puellas ex infima plebe amor tuus, quarum pudicitiam in diſcrimen vocari non pateris; Nam Domum iis excipiendis tanquam oppugnatæ honeſtatis arcem inſtrui juſſiſti. earumque tota Urbe exqui-

ren-

Digitized by Google

rendarum, atque lautè alendarum curam viris probitate, ac prudentia ſpectatis demandaſti; quos Tu quá pecuniis largè erogatis, quà conſiliis in earum delectu conſociatis plurimùm juvas. Illud hac in re tacitus prçterire non poſſum, Te qui animum à faſcibus ſuſceptis aduerſus dona recipienda nobili conſtantia obfirmaſti, aliquid tamen de hac ſeveritate remiſiſſe, cum ſex curules equos generoſæ ſtirpis nuper á Principe fœmina Nurui tuç

te-

teſtamento, amicitiæ cauſa, legatos poſt diuturnam repulſam, tandem, ut & alieniæ liberalitati, & tuæ dignitati conſuleres, puellis hiſce egeſtate leuandis attribuendos decreuiſti; Currus deerat, Currum tamen Gloria exhibuit ſuum, quo æquitati, ac beneficentiæ tuæ per Vrbes triumphum inſtruit. At non eſt id Tibi tanti; neque enim gloriam, quæ hominum ſuffragio obuenit, in bonis numeras, eo contentus theatro, quod ampliſſimis ſpatiis con-

e ſcien-

ſcientia rectè factorum ſub-ſtruendum curat: Et parem generis, atque animi nobilitatem aſſequutus, quidquid Fortunę patet, infra Te ducis; Hinc curis omnibus ad excolendum interiorem hominem traductis, Deo Te, tuaque omnia ſubmittis, ab eo quà vitæ inſtituendæ, quà imperii exercendi oracula deſumis, Milites è Caſtris in Templa evocari jubes; ut ſacris allocutionibus ad eluendas vitę labes excitati, ubi ſeipſos vincere aſſueverint, ad

vin-

vincendos hoſtes erudiantur; Ciues ad pugnam pro aris, ac focis toties inſtituis, quoties diſſimulata Majeſtate, depoſitoque faſtu delubra ingrederis, Rei Sacræ ades, vultu animi demiſſionem, ac pietatem exprimis. Quo fit, ut Templis in arces mutatis Civium ſecuritas tuis ſub ſignis militet, & Summi Numinis prouidentia rem bellicam Te Duce adminiſtratam felicibus auſpiciis ſecundet. Nempè hęc eſt Regnorum fortuna, Religio, quę Deum, Regum,

Digitized by Google

ac Regnorum arbitrum, nutu res humanas moderantem colit: Et ſolia altiore faſtigio attollunt ſe ſe, ſi Aris innitantur; tum verò innituntur, ſi iis faſtigium ſubſternunt ſuum. Hactenus non tam mea, quàm publica verba in te exornando uſurpavi: Nemo enim eſt, qui in meam ſententiam non eat, modo & Patriæ memor ſit, & ſui; illud ſupereſt, ut publicis votis ultimam epiſtolæ partem abſolvam; atque omnium ordinũ nomine Deum Optimum

Ma-

Digitized by Google

Maximum obteſter, ut ſi Urbem hanc, ſi Regnum, ſi populorum fortunas florentes, atque integras velit, Te diù nobis in ſummo iſto dignitatis culmine ſalvum, atque incolumem eſſe jubeat. Hoc ſi evenerit, nihil eſt, quo quidquam, aut optabilius, aut præſtantius, ſive re, ſiue animo aſſequi publica felicitas poſſit.

Digitized by Google

HIERONYMUS CALIPHANUS
J. C. & Advocatus Neapolitanus
Benevolo Lectori S. D.

Rectè, ac ſapienter Catholicus Rex noſter D. Caietano Agetæ Juris Feudalis publicè profitendi, interpretandiq; munus injunxit: hac ſcilicet ratione & amplitudini Neapolitani Gymnaſii toto terrarum Orbe celeberrimi, & communi ſtudioſorum utilitati egregiè conſuluit. Etenim cui potiùs Feudalium Conſuetudinum explicandarum provincia demandari poterat, quàm ſummo huic J. C. primique ſubſellii Advocato, & quod caput eſt, de Feudali Jure optimè meritò tùm graviorũ cauſarũ defenſionibus, editiſq; reſpõſis, tum eruditiſſimis hactenus elucubratis operibus. Illud equidem in comperto eſt, ex noſtratibus Juriſconſultis in Juris quidem Civilis intelligentia paucos admodũ reperiri, qui cũ Ageta conferri valeant; in Feudorum verò doctrina neminem prorſus eſſe, qui ei non dicam anteponi, ſed comparari ullo modo poſſit: atque adeò in hac laudis contentione uni illi palma jure, meritòque eſt deferenda. Is porrò cum jam indè à puero humanioribus imbutus literis Legali diſciplinæ addiſcendæ totum ſe dediſſet, tanta animi alacritate ea ſtudia excoluit, tantùmque profecit in Feudorum præſertim doctrina, ut imberbis adhuc adoleſcẽtulus viſiones Juris Feudalis veterũ Juriſcõſultõrũ doctiſſimos imitatus, eleganter conſcripſerit, ſummoq; omniũ plauſu evulgaverit; poſt modùm vero Feudorum epitomen ad praxim redactam publicę expoſuerit non tam luci, quàm admirationi: nempè

Jucundum cum ætas florida ver ageret, præ-

præcox illius ingenium pulcherrimos protulit maturæ doctrinæ fructus. Quo circà tantam hac in parte ſibi gloriam, laudemque comparavit, ut noſtrates ferè omnes ſivè in ſcholis, ſivè in foro verſantes magiſtri loco eum colere, ac veluti alterum Andream ab Æſernia ſuſpicere non injuria conſueverint: proindèque mirum nemini videri debet, ſi ad inclytũ Bononienſe Lyceũ, ut publicũ ibi Juris Interpretem ageret, ampliſſimis propoſitis præmiis ſemel, atque iterùm fuerit invitatus, dum ea in Urbe legatione fungebatur Cardinalis Pignatellus, quem poſtea Pontificem Maximum Chriſtianus Orbis eſt veneratus, quique priùs Agetæ cliens fuerat, exploratamque habebat ſingularem ipſius eruditionem. Hinc ſanè factum eſt, ut cum ante hac ad illuſtrem hanc Juris Feudalis Cathedram non niſi magiſtratibus ut plurimùm patuerit aſcenſus; nunc tamen Agetæ concedatur cauſſarum adhuc patrono, & in ſubſelliis verſanti, ob perſpectæ ſcilicet doctrinæ præſtantiam. Certo autem certiùs fore ſpero, ut brevi in Senatorium ordinem (quod etiam Rex ipſe ei clementer, benignèque ſpopondit) cooptetur, ad altiorem deindè honoris gradum pro merito evehendus. Quamobrem lætor oppidò, gratulorque Neapolitanæ tùm Civitati, tùm Academiæ, quòd talem, tantumque nacta ſit Anteceſſorem, qui inſigni huic Cathedræ veterem reddet ſplendorem, priſtinamque aſſeret dignitatem. Quas autẽ in obeundo hoc Juris feudalis publicè docẽdi munere prælectiones de ſuggeſtu magna lectiſſimorũ Auditorũ frequentia, laudeq; recitavit, prælo cõmittere, & in lucẽ proferre operæ pretium duxit, ut ſtudioſorum commodo, atque profectui uberiùs inſerviret. His porrò prælectionibus rem Feudalem complectitur univerſam, illam ad tria

ſum-

ſumma redigens capita, feudumque ipſum, ut peculium conſiderans, inſtar hominis, cui naſci, vivere, & interire contingit. Propediem autem ad umbilicum perducet, ac typis tradet alterum eximium opus, quod jam adornat, Juris nempè Feudalis Inſtitutiones ad exẽplum earum, quas in Jure Civili tria illa Juriſprudentię lumina Theophilus, Tribonianus, & Dorotheus Imperatoris Juſtiniani juſſu, & auctoritate mirificè concinnarunt. Profectò Feudalẽ materiam ruditer admodùm, incõditèq; à primis ejus Auctoribus pertractatam, nec diſſimiliter expoſitã ab Interpretibus, miro ordine cultuque digeſſit, luculenter, dilucidèq; enucleavit, variæq; ac reconditæ eruditionis luminibus, tanquã gemmulis conſperſit: adeo ut non jam purum putum Juriſperitum, ſed præſtantiſſimum, ac omnibus doctrinæ, elegantiæque numeris abſolutum ſcriptorem hiſce in libris agnoſcere liceat. Nimirum in Civilis, atque Feudalis Juris locis ſivę illuſtrandis obſcuris, ſive in concordiam adducendis diſſidentibus acutum pariter, atque eruditum, in diſſolvendis difficillimarum quæſtionum nodis ſubtilem, in ſuis expromendis opinionibus, rationumque momentis ſtabiliendis, & in alienis confutandis apprimè gravẽ, accuratũq; in qualibet demùm lucubrationum ſuarum parte continenter diſertum, elegantemque ſe oſtendit. Sed næ ego ſtultus, qui ſupervacanea proſequar commendatione doctas, ac laborioſas Agetæ lucubrationes, cujus celebritas nominis, eximiaque doctrinæ, atque eruditionis fama univerſam longè, latèq; pervaſit Europam: nec ulli ſanè dubium eſſe poteſt, quin ſcripta hæc libenti animo ſis excepturus, & ab ineptis etiam, improbiſque ſycophantarũ obtrectationibus defenſurus. Quamobrem, cum non ſit, cur longiori te diſtineam oratione, valere jubeo.

NOMENCLATIO
JURIS CONSULTORUM,
QUI NEAPOLITANA IN ACADEMIA Publici Jurium Feudalium Interpretes fuere,
Et ad hæc uſque tempora Noſtratum notitiæ pervenerunt.

AD ILLUSTRISS. ET REVERENDISS.
D.DIDACUM VINCENTIUM VIDANIA
REGII SACELLI PRÆSULEM

Neapolitanæ Academiæ eruditiſſimum Antiſtitem
Catholici Monarchæ à Conſiliis in Supremo
Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum Senatu,
& Generalem Viſitatorem Siculi
Tribunalis Fidei, &c.

In tibi commiſſo, VINCENTI, docte Lycæo
Feudorum eſt magnis recta Cathedra Viris,
Quorum ut perpetuò nunc nomina clara niteſcant,
Profero cum celebri nomine juncta tuo.
Sic anulum formans opifex gemmam alligat auro,
Quo magis inde ſuum condecoretur opus.

FEudorum liber legi conſuevit in ſtudijs publicis à tempore, cujus initij memoria non extat, teſte *Andræa de Iſernia Feudiſtarum Auriga in prælud. ad comment. feud. in quæſt.* 1. *ſub num.* 25. qui ſub Andegavenſibus Regibus Carolo II. Roberto, & Joanna I. floruit, tum publicis legendi, ſcribendi, & judi-

Digitized by Google

candi muneribus, teſte *Nardo Liparulo* in illius vita, addictus : & hunc omnes feudorum Cathedræ Anteceſſores ſequuti ſunt, tanquam Feudiſtarum facile Principem, quique nova feudorum jura Græcis, & Romanis incognita, ita Romanis legibus applicuit, ut pro feudis ipſis illæ compoſitæ eſſe videantur, ut obſervat *Sigiſm. Loffred. in paraphr Feud. ad c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt. col.* 7. Ideoque *Joan. Vinc. de Anna* libellum conſcripſit omnium legum allegatarum per eundem *Andræam* in uſibus feudorum.

Deinde MATTHÆUS DE AFFLICTIS Regius Conſiliarius, qui ſub Aragonenſibus Regibus claruit, in *præfatione* ad ſuas deciſiones inter alia opera Commentarium magnum, legendo uſus feudorum, Regis Ferdinandi I. ſtipendio ſe compoſuiſſe teſtatur, quod tribus libris diſtinctum editum eſt, quorum priorem anno 1475. abſolviſſe fatetur, ac primus fuit, qui in hoc Gymnaſio Neapolitano integros feudorum libros, cum Andreæ Commentarijs, per ordinem interpretandos, fuerit aggreſſus, ut *ex proœm. num.* 6. Vividi ingenij, validique corporis viribus, uſque ad annum 1523. octuagenarius ferè vixit; & ſi à Rege Catholico anno 1507. fuiſſet à S. C. amotus, eoquod aliquantulum deliraret, cujus, ut contrarium oſtenderet, doctiſſimas ſuper Conſtitutionibus Regni Prælectiones utilitati publicæ tradidit.

JACOBUTIUS DE FRANCHIS Magni illius S. R. C. Præſidis Vincentij patruus magnus, publico etiam Interpretis jurium feudorum munere functus eſt; & anno 1515. Regius Conſiliarius creatus ſub die 27. Auguſti 1517. occubuit ex traditis apud *Topium de orig. Trib. par. 2. fol. 272.* & ex ejus

elo-

Digitized by Google

elogio apud *Joan. Bapt. Urſum inſcript. fol* 305. ubi tamen corruptè Lutium vocat; Cujus præludia, & breves aliquot in feudorum uſus interpretationes, poſt ejuſdem *Præſid. de Franch.* deciſiones in lucem prodierunt.

ANTONIUS CAPYCIUS Regius item Conſiliarius, & J. C. præſtantiſſimus, nedum jus Civile, ſed & Jus Feudale in Neapolitano Gymnaſio docuit, è cujus Cathedra præ cæteris *Sigiſmundus Loffredus*, & *Bartholomeus Camerarius*, inter ipſos æmuli, eximij feudiſtæ evaſerunt. In eo tamen concordes, ut in *Matthæum de Afflicto* (quem, & ipſe *Capycius in ſua inveſt. feud. in cap. feudorum genera*, §. *ex pacto*, & *providentia*, magnum feudiſtam meritò appellavit) præ gloriæ titillatione inveherentur: Scripſit hic *Repetitionem in cap. Imperialem de probib. feud. alien per Fed.* quam idem *Loffredus* ejus *diſcipulus in paraphr. feud. ad dictum cap. Imperial. in verb. per prædictum in fine*, edi cupiebat; ne viri eruditi, ex ſolis *Afflicti* ſcriptis Neapolitanorum ingenia metirentur; Eamque editam poſt celebrem ipſius Capycij feudalis inveſtituræ explanationem, habemus, in cujus fine notatur, eam repetitionem cæpiſſe die 22. Decembris 1517. & proſequutum fuiſſe per 17. lectiones, uſque ad primum Menſis Martij, quo tempore Siciliam petijt cum Montis Leonis Comite ad ſeditionum cauſas dirimendas, & in Menſe Auguſto anni 1519. Neapolim redijt, ut conſtat ex ejuſdem *deciſionibus deciſ.* 121. & *ſeqq. ad* 155. quas ibi illo temporis interſtitio compilavit.

BARTHOLOMEUS verò CAMERARIUS Beneventanus, inter Juris feudorum Interpretes illuſtris, & inter Beneventanos J C poſt *Papinianum*, & *Roffredum* tertius, ejuſdem *Andreæ* opus indefeſſo

ſtudio perlegendo, ſub Auguſtiſs. Cæſare Carolo V. annis quatuor, & viginti Neapoli magno ſtipendio conductus, publicè eſt interpretatus; eodemque tempore, vel Præſidentis, vel Conſervatoris Generalis, & Locumtenentis Regię Cameræ feudalibus cauſis dirimendis quoque vacavit, ipſomet teſte in *repet. l. Imperialem*, *fol.* 98. *lit. I.*, ac etiam Togatos ad ipſum audiendum concurriſſe, ſæpèque juſtitiæ Conſilium, ſuos vidiſſe libros refert in reſponſo poſt *Cannetii Commentar.*, ubi etiam jactabundus inquit, magnum feudiſtam *Sigiſm. Loffred.* plura ab ipſo didiciſſe, & in ejus *Paraphraſimfeud.* redegiſſe: & adhibito quodam ingenioſo viro *Antonio Boſan*, qui velut explorator, ea, quæ *Camerarius* ipſe legerat, illi referret, & quod ſi aliena ab illius operibus detrahentur, prętertim *à conſ.* 1. liber ſatis jejunus remaneret, ut *& conſ.* 7., quod eſt idem cum *Conſ.* 8. *Conſil. Joan. Thomæ Minadoi*, & alia cætera contradictionis ſpiritu evomuit in illo adverſus Fiſcum reſponſo anno 1563. edito, paucis menſibus, antè obitum, poſtquam à Gallia redux, quò à patria profugus anno 1551. ſe receperat, Romam infelix adierat, ubi celebrem edidit repetitionem ejuſdem, *l. Imperialem*, ac ſeptem alios de feudis libros compoſitos luci tradere paraverat. Plures verò ejuſdem Repetitiones feudales, quæ in aliorum Codicibus legebantur in XXXIII. lectiones partitæ Neapoli anno 1645. ſtudio *Dom. Regentis de Marinis* prodierunt.

MARINUS FRECCIA in anno 1540. Regius Conſiliarius electus, qui utiliſſimum opus de Subfeudis Baronum, & Inveſtituris Feudorum ſcripſit; fuiſſeque noſtro in Gymnaſio feudorum Profeſſorem ait *Topius d. p.* 2. *fol.* 285. *nu.* 101.

101. quod ipſe affirmare non dubito; magnum J. C. & Hiſtoriographum appellat *Præſ. de Curte p. 1. diverſ. feud. in proœm. num.* 20.

MARCUS ANTONIUS FLOCCARUS Meſſanæ ortus, Neapolim infans advectus, clariſſimus J. C. evaſit, & præfatum Camerarium in feudis Preceptorem ſortitus eſt, ut ipſemet Camerarius oſtendit in dicto reſponſo apud *Cannet. d. fol.* 357. & apud citat. de *Marinis fol.* 214. *num.* 11. illum vocans eximium filium, & diſcipulum, & in eo ſibi benè complacuiſſe, & communem præceptorem in feudis vocavit *Camill. Salern. ad conſuetud. Neapolitanam fol.* 31. *lit. B.* Hic enim in Neapolitana Cathedra feudalia jura per annos ſupra triginta, ab anno 1542. publicè docuit; Comeſque Palatinus ideò primus declaratus, terque ad perpetuum Conſiliarii munus ab Invictiſſimo Carolo V. Imperatore, Philippoque Rege accitus, obiit anni 1572. initio, ut ex ſepulchrali inſcriptione apud *cit. Top. p. 2. fol* 371. *& Cæſ. de Engenio in ſua Neap. Sacra pag.* 333. ac tanto ſe jactant in feudis præceptore tres J. C. doctrina, ac dignitate præſtantiſſimi, *Regens Ferdinandus Fornarius Regiæ Cameræ Locumtenens in alleg.* 8. *poſt Reg. Salernitani deciſ. Præſ. S. C. Vinc. de Franch. in deciſ.* 115. (ubi pro ejuſdem comitali dignitate ſcripſerunt) & *Camillus de Curte publicus feudorum Interpres, & S. R. C. Præſes in p.* 1. *diverſ. feud. fol.* 52. *num.* 90. & eximium quoque Advocatum appellat *Joann. Vinc. de Anna alleg.* 2. *in fine, Lectorem feudornm, & Advocatum max. in rep. rubr. c.* 1. *de Vaſall. decrep. ætat. num.* 271. ubi in textu *num.* 82. inter magnos feudiſtas recenſet *Capycium, Camerarium*, & *Frecciam.*

Hunc verò JOANNEM VINCENTIUM de AN-

ANNA magnum quoque feudiſtam, & Advocatum in publico Gymnaſio, aliquandiù docuiſſe ipſe teſtatur in *præf. ad Lectorem in* 1. *vol. Suar. allegat.* poſtquam inſignem edidit repetitionem ad *cap.* 1. *de vaſall. decrep. ætat.* eamque ſcripſiſſe anno 1560. & anno 1574. revidiſſe inquit; itemque repetitionem ad *Conſtit. Regni Conſtitutionem Divæ memoriæ*, quam publicè etiam legiſſe anno 1558. ibi, refert ſub *num.* 161. aliaſque repetitiones ad *Conſtit. Regni ſiquis aliquem, & conſtit. terminum vitæ*, ejus filius *Conſiliarius Fabius de Anna cum addit. poſt lib.* 1. *conſil.* edidit, & in fine notatur, eas anno 1559. in novem lectionibus abſolviſſe.

JOANNES ANTONIUS LANARIUS ex Advocatorum cetu feudorum Interpres eligi meruit; ac deinde anno 1574. cum trigeſimum quintum ageret annum, inter Regios Conſiliarios cooptatus, in eodem legendi munere perſtitit, donec anno 1588. Supremi Italiæ Conſilii Regens electus Hiſpaniam petierit, ubi Aug. Regis Philippi II. munificentia Comes Sacci, & Sacri Conſ. Præſes renunciatus, per iter anno 1590. ex hac vita migravit. Plura tamen reliquit ingenii monumenta, quibus poſteri gauderent, præſertim *Conſiliorum volumen* anno 1598. per Octavium ejus filium luci traditum. *Orationem*, *& præludia* habita in prima lectione, *Repetitioneſque feudales*, quas anno 1630. *Fulvius Lanarius* nepos ſuis additionibus auctas typis mandavit, & in *orat.* ait, Viros, qui Cathedram hanc conſcenderunt doctiſſimos fuiſſe, ac optimè de Rep. meritos, & in *prima repet. feud.* ſolus ex noſtratibus poſt *Andream* accuratiùs de feudalium Conſuetudinum authoritate diſſervit. Perutile etiam, & novum opus *de differentiis inter jus commune feudorum*, *& le-*

ges

ges Regni Neap. quod recenſioribus notis enucleatū publicæ utilitati ſtudendo curavi, pro tanti etiam viri memoria, quem ſuum in materia feudali preceptorem appellavit, *Regens Carolus Tapia lib. 6. jur. Regni Neap. fol.* 124. *col* 1.

FRANCISCUS DE AMICIS doctiſſimus feudorum Interpres anno 1594. commentarium typis tradidit, ſivè *Repet. cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ. & in Epiſt. dedic.* refert, ſe aliquot annos vacaſſe legendo, atque interpretando lecturam feudorum in hoc almo Gymnaſio Neap. & diù cauſas agendo, (ideòque Juris feudalis ſubtiliſſimum Interpretem vocat *Camill. Borrell. conſ.* 4. *num.* 59.) & rursùs ab Excell. Mirandæ Comitæ, tunc Regni Prorege, ſibi fuiſſe hoc publicum interpretandi munus demandatum.

JOANNES FRANCISCUS DE PONTE Advocatus, & Juris feudalis Interpres eximius, Regiæ Cameræ etiam Præſidens, ac deinde Regens, feudales Repetitiones elucubravit in viginti duas lectiones diſtinctas, quas in Neapolitano Gymnaſio publicè habuit anno 1590. dum illius Cathedram ſumma laude regebat, & poſt ejuſdem deciſionum librum editas, quem, & ſæpe doctiſſimum vocat præ cæteris *Inſignis Advocatus feudiſta Octavius Bammacarius in ſuo commentario*, quod anno 1602. luci tradidit ad *tit. ſi de feudo defunct. contr. ſit inter Dom. & agnat. vaſ. & hic Bammacarius* præceptor fuit *Horatii Montani*, ut ille teſtatur in copioſa *Repet. feudal. l. Imperialem num.* 64. *lit. Q. Montanumque* modernum Doctorem feudiſtam, ac purgatiſſimi ingenii, & eruditionis cultorē appellavit *Reg. Scipio Rovit in dec.* 72. *num.* 26. & ab eodem *Rovito in cenſura tractatus de Regalibus ipſius Montanus Bartholomeo Camerario* comparatur.

CA-

CAMILLUS DE CURTE magnus fuit ſua tempeſtate Advocatus in anno 1597. & publicus juris feudorum Interpres, in Regia Camera Fiſci Patronus, & Præſes, in Supremo Italiæ Conſilio Regens,ac in Patriam rediens S.C. Præſes electus, teſte *Regente de Marinis lib.* 1. *reſol. cap.* 3. *num.* 10. Fuit enim hoc publicæ juris feudorum interpretationis munus ei demandatum, Regnum iſtud gubernante Excellentiſsimo Olivarenſium Comite,quod per plures annos obivit, & cum eo munere Regiæ Camere Magiſtratum fungeretur, ut conſtat ex traditis per ipſum in *Epiſt.dedic.* ad Aug. Regem Philippum III. præmiſſa,primæ Diverſorii juris feudalis parti, quam anno 1603. Venetiis prælo tradidit,& in ea terminos feudorum,dùm eriguntur declaravit,ubi *pag.* 59. *num.* 38.ait in Almo Gymnaſio Neap. omnibus ferè aſſiſtentibus Magiſtratibus,& Advocatis,ac crebrò virorum numero, in prima lectione diſſeruiſſe de quæſtione; *An rebellio, ſeù culpa tenentis feudum antiquum ex pacto,& providentia præjudicet Agnatis*: Secundam verò partem edidit Neap.anno 1605. quæ verſatur circa actus in feudo jàm erecto: Et ea etiam, quę inter Regiam, & Pontificiam juriſdictionem altercantur. Quo opere abſoluto ſelectiores etiam reſolvit quæſtiones,cum circa feudi ſucceſſionem, tum inter Dominum directum,& Vaſallum, & utriuſque hæredes,& inter ipſos Vaſallos;& denique de ipſius feudi exinanitione, ut in ejuſdem opuſculo feudalium Reſolutionum ſtudio *Reg. de Marinis* poſt ejus juris Reſolutiones impreſſo: ut ità utile feudorum opus compleret, quod digeſtam in foro doctrinam continet.

JOANNES ANDREAS DE GEORGIO inſignis Advocatus initio Regiminis Excell. Benavē-

torum Comitis Regni Proregis feudorum juris Interpres deſtinatus, diù in hoc munere, & laudabiliter verſatus fuit; & in *Allegationum forenſium volumine*, quod anno 1605. eidem Proregi dicavit, feudorum Interpretem ſe inſcripſit. Deindè Regius Conſiliarius anno 1608. creatus, in eodem perſtitit munere, & primam partem *Repetitionum feudalium*, quas in hac Cathedra docuit anno 1620. edidit, & eidem Excell. Benaventorum Comiti, tunc Supremi Italiæ Conſilii Præſidi dicavit, & in *præfat.* ait, diù fuiſſe in hoc jure verſatum patrocinando, legendo, & judicando, illumque poſſe ſervari ordinem, ac methodum, cujus præ cæteris difficultatem agnovit, ſi haud mutata compilatione ab illius exordiatur tituli expoſitione, qui feudum deſcribat, deindè de perſonis dantis, & accipientis, de forma conceſſionis, & poſtremò de fide. Aliamque Repetitionem in *cap. Imperialem de probib. feud. alien. per Fed.* cum poſthumo *Allegationum* opere editam legimus; obiit enim die 15. Auguſti 1625. teſte *Topio d. par. 2. de orig. Trib. fol.* 330. Illumque doctiſſimum Regium Conſiliarium, & feudorum Interpretem acutiſſimum nuncupat *D. Petrus Jordanus Urſinus S.R.C. Præſes meritiſſimus in tract. de ſucceſſ. feudor. in princ. par.* 1 *fol.* 3. de quo ferunt Cathedram hanc, cum aſſequutus minimè fuiſſet, nè optimus alioquin J.C. in Valliſoleti Academia Anteceſſor, in hac feudali materia Italiæ, ac Germaniæ propria, & Siciliæ germana, illuſtrē ſuam famā extenuaret: ſiniſtrā de ipſo injuſtè conceptam opinionem dextrè eluſit, in diutino Supremo Magiſtratus munere, quod in noſtris Tribunalibus plaudēte omniū approbatione geſſit, præclarū illud de ſucceſs. feudorū cōcinnavit opus; cui conſcribendo celebrē controverſiam ſucceſſionis Status Lareni cauſam præbuiſ-

B ſe

ſe teſtatur *Reg. Conſil. D. Franciſcus de Andrea*; nedum Juris feudalis, ac veræ juriſprudentiæ, ſed omnigenæ litteraturæ peritiſſimus in eruditiſſimo Fiſcali illo, ac laudatiſſimo in opere *de ſucceſſ. uterinorum fratrum in feudis, cap.* 3.§.4.*pag.*138.

JOANNES BAPTISTA MELIOR Advocationis munere, inter primarios ſumma cum laude, expleto Regii Conſiliarii dignitate, ac Regia ad Gregorium XV. Pontificem Maximum Legatione illuſtris huic publicæ juris feudorum interpretationis muneri anno 1626. dignè ſufficitur; ſed vix feudorum præludiis expoſitis fato functus die 21. Julii 1626. ſuæ ætatis anno ſupra ſexageſimum tertiū, ut ex inſcriptione relata per cit. *Top fol.*333. *& Carolum de Lellis in par.* 2. *Neap. Sacr. fol.* 117. Plures autem ejuſdem legales allegationes habemus in 3. *tom. alleg. diverſor. Reg. de Marin. alleg.*42.*& ſeqq.*

ANELLUS AMATUS Advocatus olim inſignis, ut ex conſiliorum libro, Fiſci patronus, ac deindè Regiæ Cameræ Præſidens ſub die 20. Auguſti 1626. ab Excellentiſs. D. Antonio Alvarez de Toleto Albæ Duce, tunc Regni Prorege, huic præficitur Cathedræ; ſed eodem anno importunæ mortis invidiæ ceſſit: Ejuſdem tamen feudalium Prolegomenum libellus cum oratiuncula ad eundem Principem ſtudio ejus filii Caroli Amati publicæ luci fuit expoſitus.

ANDRÆAS MARCHESIUS filius magni illius Advocati Fabii Marcheſii, quem *Jo: Vincentius de Anna* in ſuis operibus ſæpè magnum feudiſtam appellat, ac potuiſſe, tanquam alterum *Andræam Iſern*, venerari, ait *Præſ. Camill. de Curte parte* 1. *diverſ. feud. fol.* 2. *n.*16. Juvenis adhuc cauſarum patronus, meritiſſimus tamē, cui ab eodē Excell. Albæ

Duce

Duce graviſſimum tantæ Cathedræ onus concrederetur,ut deinde anno 1631.Regius Conſiliarius creatus, ac anno 1641. S. C. Præſes magno omnium plauſu Cathedram regeret; cui tanti Senatus Præſidi, Juriſque feudorum Interpreti *feudales Barthol. Camerarii Repetitiones* dicavit *Donatus Antonius de Marinis*, deinde Regens, ipſum hoc in munere celebrans:& ſub die 13.Februarii 1647.diẽ obiit ſuum.

PETRUS CARAVITA Celeberrimus Advocatus ſtatim poſt ejuſdem S. R. C. Præſidis obitum in Februario menſe anni 1647. ab Excell. Duce de Arcos Regni Prorege feudalis Cathedræ munere decoratur,donec ad Regii Conſilii,vel Regiæ Cameræ Præſidentis dignitatem aſcenderet; Primamque ipſius lectionem feudalem habitam die Dominica decima Martii 1647. in noſtro Lyceo, coram eodem Exell. Domino deRelevii jure,Prædeceſſoris ſequendo inſtitutum, jam typis editam, inter noſtras *Annot.pro Regio Ærar.ad deciſ.Reg.Moles parte* 3.§.21. *in fine fol.* 94. inſeruimus. Idemque die 13. Novembris 1648.Regius Conſil.electus, ſequenti anno fato conceſſit,ex *Top:d p.2.fol.*363.

ANTONIUS MIROBALLUS Patritius,& Advocatus Neap. inſignis ab anno 1645.Conſiliarius, publicus feudorum Interpres anno 1650. eligitur, publica etiam laude hoc interpretandi munus obivit,ac poſtremò Regens electus meritiſſimus anno 1660. ex hac luce diſceſſit: Cujus lectiones feudales allegando ipſum Regium Conſiliarium, & publicum feudorum Magiſtrum laudibus celebrat *Cæſ. de Afflict.in contr.jur. cap.* 40.*num.*2.

GREGORIUS GALLUS Æques Hiſpanus meritiſſimus Regius Conſiliarius feudali quoque Cathedræ ſuam diſſertam operam dedit, adeòque

 ſub

ſub rubrica Regiorum ſtudiorum, ita nuncupatur in Codice Officiorum Regni ab anno 1659. ad 1661. digeſto, qui in magno Regio Archivio ſervatur, & hic mortem inivit ſub die 5. Maii 1666. ut idem *Top.notat*. teſtatur.

JOSEPH DE ROSA Patricius Cavenſis inter Advocatos facilè Princeps, dein Reg. Conſil., ac in Reg.Cam.Fiſci Patronus,iterumq;ipſo poſtulante ad S.C. regreſſus, ad hoc etiã feudalis Cathedræ munus expoſcẽtibus illius meritis, demùm anno 1666. promovetur, quod laudàbiliter geſſit, donec die 15. Aprilis 1671. vitali luce orbatus eſt, ut in *fine lib.* 1. *ſuarũ Conſultationum legitur*, & poſt obitum altero tomo ejus Præfatio in publico Lyceo habita,ac Præludia feudalia in decẽ,& octo lèctiones diſtincta ſtudio *Reg.Cõſil.doctiſſimi D.Caroli Antonii de Roſa Marchionis Villæ Roſæ Nepotis* prælo tradita ſunt;& ſi autẽ feudalem tractationem cõmuni methodo ad tria capita redigere inſtituiſſet, ad conceſſionem nempè, ſucceſſionem,& reſolutionem, ſeù amiſſionem; In iis tamen feudorum præludiis immoratus eſt per Selectas quæſtiones,quas vel in privatorum, vel Fiſci cauſis patrocinandis ipſe magiſtraliter tetigerat.

ALOYSIUS MARIA MACEDONIUS Patritius Neap. Regius Conſil. integerrimus morum nobilitate digniſſimus, anno 1671. ab Excell. D. Petro Antonio de Aragona Prorege feudalium jurium Interpres Juris Conſultorum Concivium omnium gratianimi approbatione eligitur.

PAULUS STAIBANUS Junior, Senioris Pauli Juris Conſulti filius, propter Advocationis munus optimè expletum ambo illuſtres, quorum extant Conſilia,& reſolutiones legali ſcientia, ac forenſi doctrina communiter receptæ: Junior hic Pau-

lus

Digitized by Google

lius Regius Conſiliarius electus cum plures per annos in S.R.C. jus dixiſſet, Aulæque caput, & S. C. Decanus fuiſſet, ſenio cõfectus huic Inclytę Cathedrę juris feudorum præceptor anno 1678. electus, dum docebat anno 1680. obiit.

JOANNES BAPTISTA ROCCUS Regii Conſiliarii Franciſci Rocci, digniſſimus filius, Magnæ Curiæ Vicariæ Judex, & hinc Fiſci Patronus Regalis patrimonii, & Præſidens Regiæ Cameræ poſtea electus, huic Inclytæ Cathedræ feudali anteceſſor anno 1680. deſtinatus, apud omnes Juris Conſultos optimè meritus.

JOSEPH CUSENTINUS Magnæ Curiæ Vicariæ in Civilibus integerrimus Judex, in anno 1684. in eadem Cathedra Interpres legum feudaliũ electus, Comeſque Palatinus exinde factus; in Menſe Aprilis 1704. fato ceſſit.

NICOLAUS CAJETANUS AGETA in Regiis ſupremis Neapolis Tribunalibus ob Advocationem plures per annos eloquentiſſimè inter primos ſolertiſſimè exercitam, ac propter editorum legaliũ operũ in materia prȩſertim feudali in Italia, & Europa ipſa Concivium, ac exterorum Juris Conſultorũ benigno plauſu illuſtrem conſecutã famam. Pro exequutione Regaliũ litterarũ, ac Suæ Catholicæ Majeſtatis beneficio ſub Excellentiſſimi Ducis ESCALONÆ Marchionis Villenę, feliciſſimo hujus Regni Regimine feudalis Cathedrę Proprietarius Antecesſor deſtinatus, die 27. Aprilis 1704. cæpit illius poſseſſionem, primamque lectionem publicè expoſuit, ſequentis reſcripti vigore.

A D. Diego Vincençio de Vidania guarde Dios Cappellan Major deſte Reyno.

Ha-

Haviendo vacado la Cathedra de lettura feudal de los Regios Eſtudios de eſta Ciudad por muerte de el Juez D. Joſeph Coſentino, que la ſervia. Me manda el Marques mi Señor decir à V. S. que ponga en poſſeſſion de dicha Cathedra al Dottor D. Nicola Gaetano Ageta, pues Su Mageſtad con ſu Real deſpacho le tiene concedido la propiedad, y futura de dicho empleo à fin de que le exercite, como eſta ordenado. Dios guarde à V. S. Palacio à 23. de Abril de 1704.

D Juan de Torres, y Medrano. Señor Cappillan Mayor.

A 27. Aprile 1704. Il ſudetto Dottor D. Nicola Gaetano Ageta pigliò la vera, reale, & attuale poſſeſſione della ſudetta Catedra.

Leonardus de Aloyſio actorum Magiſter.

Cum proprio originali concordat penès me exiſtenti, meliori ſemper ſalva, & in fidem, &c.

Leonardus de Aloyſio Act. Mag.

SPIRI-

Digitized by Google

SPIRITVS SANCTVS, QVI DEVS EST niſi ſit, intuſque doceat; Doctoris lingua exteriùs in vanum laborat.

Ex Divo Gregorio homil. pen.
Apud Iſern. in proœm. feud.

Digitized by Google

Ad Supremum Collaterale Conſilium.

Vos, quorum à nutu regalia jura reguntur,
Et Domini geritis cum ditione vices,
Hæc decet ante alios complecti ſcripta favore,
Ars mea materiæ ſit minùs æqua licet;
Regia nam tractant privatis tradita jura,
Quicquid & in feudis Rex quoque juris habet.

Ad Sacrum Regium Conſi-lium Prę fectum Prętorio.

V Ade libelle, Sacri tenta penetrale Senatus,

Conſilioque graves i venerare Patres.

Ò te felicem, excipiant ſi mente benigna;

Ò mage felicem, ſi mereare legi:

Et dum privatis feudorum jura miniſtrant,

Ulla putent ratio quod ſit habenda tui:

Digitized by Google

Ad Regiam Cameram Sacri Ærarii Queſtorem.

SI Regem, & Proceres inter contentio ſurgat
Jure ſuper feudi, quiſnam adeundus erit?
Judice te melior nemo eſt, Camerale Tribunal,
Jus tribuens Regi, jus populoque ſuum.
Hæc igitur, ſint parva licet, cape fronte ſerena;
Gaudent nam parvo munere ſæpè Dii.

Ad

Digitized by Google

Ad Magnam Curiam Vicariȩ.

SI qua Baronalis ſubjectas Curia gentes
Prægravet, emendas quicquid iniqua jubet.
Hinc tibi ſurgit honos, hinc Curia Magna vocaris,
Quod jus dicenti gens tibi magna ſubeſt.
Sit tua magna licet, non illa eſt parva poteſtas,
In jus dicendo, quam Baro quiſque tenet.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

SI quid eſt in me ingenii, Illuſtriſſime hujus Lycei Antiſtes, Auditores Præclariſſimi, ſi quid eſt in me ingenii, quod ſentio quam ſit exiguum, aut ſi quæ exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum, aut ſi Juris-prudentiæ, & præſertim huiuſce feudalis rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudiis, & diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe; Nihil ſanè, licet

poſt

poſt plura in re potiſsimum feudali edita volumina, poſt annoſos in Foro exanthlatos labores, arbitror difficiliùs, quod ad dicendum accedenti timorem incutiat, quàm hoc, quod grave humeris meis impoſitum eſt onus.

Cum enim favente Excellentiſſimo Duce Scalonæ Regni huius benigniſſimo Prorege, Invictiſſimi noſtri Catholici Regis beneficio in Florentiſſima huius Fideliſsimæ Patriæ Academia, ex Oratore Anteceſſor factus, iura feudalia interpretandi munus obire incipiam, loci

am-

Digitized by Google

amplitudo, lectiſſimorum perſpecta Auditorum dignitas, lectionis celebris materia, dicendique conditio admoneant, ut ità me præbeam, unde nullum ſit mihi eodem tempore ingenii, doctrinæ, gloriæ, omniumq; ornamentorũ periculũ in hoc literarum certamine ſubeundum. Propterea eſtò humanæ naturæ elatione quadam nobis inſitum, comparatumque ſit, ut ultra ſępè ingenii vires quiſq; ſubſtinere, imò præſeferre poſſe arbitretur, ſœpiuſque infra roboris nervos aſſumpta onera exiſtimet. Huius tamen rei hodierna die à

me,

Digitized by Google

me, quę ſuſcipitur magnitudo tanta eſt, & nobilitas, atque gravitas, ut facilè cuiuſvis animum, licet præ cœteris iure ſe rebus eſse parem exiſtimantis debilitare valeat, atque frangere; ne dum meum, cuius ſuſceptæ vitę in forenſi ſtudio rationes, ut undique meas vires huic inſigni Anteceſſorum gymnaſio impares eſſe fatear, iure ſuo videntur poſtulare.

In hoc enim iuris feudalis Lyceo haud exercentur απολιςραται nec more παιοδτριβικω hic gymnaſtica traditur doctrina, qua erudiuntur ij, qui in juriſprudentiæ ſtu-

ſtudio tyrunculi appellantur, Sed ea eſt huius loci amplitudo, & maieſtas, ut iis iura feudalia hic enarrentur, qui ea omnibus reddunt, iis reddantur, à quibus haurintur, ii denique edoceantur, à quibus eadem addiſcuntur. Vos inquam nobiliſsimos Senatores ampliſſimos, hoc eſt Seniores ætate, & virtute omnigena, quos propter eximias animi veſtri dotes, & incomparabilem J.V. peritiam, ſummamque authoritatem colere glorior, ac venerari, non iam dicam Auditores meos, qui forenſium meorum certaminum Judices fuiſtis,

Digitized by Google

ſed harum feudalium elaboratarum lectionum Athlo thetas rectius denominabo.

Itaque, ut aliquid exhibeam expectationi veſtræ dignum, inſimulque, ut reſpondeam tam celebris Academiç prçclaro nomini, hujuſque eximiæ Cathedræ dignitati, atque famæ, quæ magnam à Seculis iam terrarum Orbis literariam partem peragrauit: Non à dicendi tenuitate, neque à ſententiæ mediocritate repoſcendum eſt.

Cogitate noſtratum Juriſcõſultorum in hac juris feudalis ſcientia editorum operum fa-

ma

ma inſignium magiſtralem do-
ctrinam! Attendite in ea præ-
cellentem authoritatem, reco-
lite qui primi Anteceſſores pro
dignitate Cathedram iſtam con-
ſcenderint; atque inde quot ſu-
premis dignitatibus illuſtratam
Cathedram hanc ipſam per fa-
ſces vidimus, abſit verò, ut ocu-
li veſtri humanitate, & bene-
volentia exuti ea ſolum, quæ
priſcorum huius eximiæ do-
ctrinę anteceſſorum docendo
ex ore tradita ſcriptiſque aureis
à poſteris edocta reſpicere in-
cumbant, nè inter labentis ętა-
tis laſſitudines me adſcribatis.

Digitized by Google

Neminem autem veſtrum ignorare arbitror huic paleſtræ ad varia militarium, litterarumque genera exercenda inſtitutæ, quam maximè conveniat hæc feudalis Cathedra, quę Catholicam Majeſtatem non ſolum legibus armatam, ſed etiam armis decoratam oſtēdit; Quiſque enim feudo inueſtitus pro neceſſitate, atque honore Reipublicæ armorum uſum inſtituere, augere, & cōſervare tenetur. Quid ergo mihi potuiſt contingere gloriosius, quid exiſtimabilius, quā ſi hęc Academia me ſuum anteceſſorē haberet.

Per-

Digitized by Google

Perſpicuum autem eſt, Princi-
pem eſſe illam ſapientiam, qua ſine Reipublicæ ſalus, auctoritas, atque tranquillitas cuſtodiri nequit. Quid verò hac feudalis juris ſcientia Reipublicę saluti utilius, imò magis neceſſarium, qua ſine ſicut corpora noſtra ſine mente, ſic Civitas ſine lege, ſic lex ſine armis ſuis partibus, nervis, ac ſanguine, ac membris uti non poteſt.

Hanc inde feudalis juriſprudentiam rerum humanarum Reginam ex Pindaro merito appellamus, veluti quę ſuprema vi, ac poteſtate juſtitiam co-

len-

lendo Imperij habænas regit, ac moderatur, νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν, οὗτος τε ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπέρτητα χειρὶ

Latine autem verſum ſe habet. Lex omnium mortalium Regina, hęcque agit vehementer juſtiſsimum ſublimia manu.

Nolite ergo mirari ſi tantæ rei pondus, ut opus expoſcit, ferre nequeam, quo Reſpublica ſubſtinetur. Neque aliud præſidij prę oculis habeam, niſi quo ornatiorem, eò humaniorem veſtrum hunc ex omnium Senatorum litteratorumq; ordinibus conſeſſum. Vos autem oro, atque obteſtor, ut iſtam ip-

ſam

ſam alacritatem animi, quam hodierna luce hùc concurrendo declaraſtis, mihi deinceps apud vos verba facienti prębere nunquam deſinatis. Ut Reipublicæ ſaluti, veſtræq; dignitati, ac ſummę Regis noſtri poteſtati conſulatis, & dum aperiam quid ex iure feudali animo ſit erudiendũ, & quam in illo declarando, atq; ad patrias leges transferendo, & concordando, viam, ac rationẽ teneamus humaniſsimè, ſicut cœteros præſtantiſsimos viros audiſtis pronis auribus me excipiatis; Nam etſi peritiſſimis illis

im-

imparem me fatear, non tamen ab hujuſmodi Academiæ dignitate, neq; ab utilitate cõmuni, neque à veſtri animi voluptate Dei Optimi Maximi auxilio exhibendæ abhorrebunt lectiones meæ.

Digitized by Google

PROOEMIUM.

MORE itaque majorum, quo laudabili conſuetudine, poſitum, receptumque eſt, ut qui ſcientiã aliquam publicè declarandam ſuſcipiunt, eam primam habeant concionem, quæ inſtituti ſui rationem, totiuſque tractationis (quam ſe tradituros eſſe profitentur) imaginem quandam priùs exponant, ut initio uno ſub oculorum obtutu, quidquid in ea cùm utilitatis, & emolumenti, tùm dignitatis, & amplitudinis ineſt, cum laude perſpici poſſit: *a* Illa ex *Caii* monitu utendo præfatione, quæ libentiùs nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducit, & cum ibi venerimus ejus evidentiorẽ præſtat intellectum. *b* Facturus Jurium feudalium interpreta-

a *Tunc enim ſcire putamus unumquodque, cum principia prima. & cauſas primas cognoverimus: Nec contingit aliter ſe habere. Ariſt. in 1 lib. Phyſic. in princ. & ex aliis cumulatis per Octavium Bammacar. Advocat. feudiſtam in proœm. comment. ad tit. ſi de feud. defuncti, &c.*

b *Cajus lib. 1. ad l. 12. tab. not. in l. 1. D. de O. J.*

tionem; antequam illam aggrediar, neceſſarium mihi videtur totius Juris feudorum notitiam competenti methodo veluti in ſpeculo præponere, ut eorum omnium, quæ (Deo annuente) exponere ſum conatus, conſcii evadatis; Cumque feudum ipſum tanquam homo, licet mutus, à Feudiſtis agnoſcatur, *c* & peculii inſtar ſit, quod naſcitur, creſcit, decreſcit, & moritur, & ideò eleganter *Papirius Fronto* dicebat

c *Gloſ. in Conſtit. Regni Conſuetudinem pravam ſub rubr. de rei action. & licet mutus homo f. ſit, ipſo tamen facto loquitur, l. de quibus 13. in fine, D. de legat. Paulus l. 5. D. rem rat. hab. Corpus enim feudi avocat ad ſe membra malè alienata, ut cit gloſ. tradit. Sed adhuc loquitur ex perſona domini revocantis, & manibus apprehendentis cum non ipſi homini, ſed feudo ſententia feratur; gloſ. ſingul. in l. qui aliena 33. §. fin. D. de negot. geſt. & gloſ. in eadem Conſtit. Pedes quoque habet, & ambulat ex ſui natura ad deſcendentes ex corpore, c. 1. §. & ſi clientulus de alienatione feudi paterni. Et inſtar hominis creſcit, c. 1. §. ſi quis de Manſo, de controv. inveſtit. Et hominis inſtar veſtitur, Bald. in l. 1. num. 4. verſ. & ſicut veſtitur, D. de rer. diviſ. & quod ei accedit idem corpus judicatur, ità ut nova inveſtitura opus non ſit, l. cum poſt 70. §. gener, D. de jur. dot. l. etiam 8. C. eodem, Præſ. Amat. conſ. 39. num. 8. & 9. Tandem moritur, & unde exivit redit, vel ob culpam in Dominum, vel ob lineæ defectum, c. 1. §. quin etiam in fin. Epiſc. vel Abbat. in titul. quib. mod. f. amitt. ita ut nec feudi nomen retineat. Cum f. ſit ſervitus, & res ſua nemini ſerviat, l. uti frui 5. D. ſi uſusfr. petat. l. in re communi 25. D. de ſerv. Urb. præd. Andr. in tit. ex quib. cauſ. f. amitt. num. 13. ubi devolutum f. ſi iterum concedatur, in dubio in allodium conceſſum præſumitur.*

bat peculium homini ſimile eſſe *d* : nos hujus moralis corporis origine repetita, integrum ejuſdem ſiſtema, ſingulaſque partes à nativitate, ſive à conſtitutione, conſervatione, & interitu, & à capite ad calcem Juriſprudentiæ lumine demonſtrabimus. 'E Feudiſtarum libris, quorum uſque adhuc ad nos pervenit notitia, cronologica eorundem nomenclatura, cenſuraque ad uſum præpoſita, doctrinam veram hauriendo opus hoc feudaliũ lectionũ adimplere conabimur.

Præterea quia nos admonet *Juſtinian. Imper. quod dubio procul quidem eſt, neceſſe eſſe inſtitutiones in omnibus ſtudiis primum ſibi vendicare locum, utpotè prima veſtigia ejus ſcientiæ mediocriter tradentes. e* Ex ipſis feudorum conſuetudinibus, ac ſimul Regni hujus Juribus ad conſonam ſententiam invicem con-

d *Ut memorat Martianus lib. 5. regul. notat. in l. peculium naſcitur 41. D. de pecul. Unde flumen etiam homini aſſimilari notat Steph. Forcatulus in Necyomantia Juris periti, ſive de occulta juris prudentia dialog. 85. & 97. nu. 2. idemq; in alluvione Mutius Recchus ad privileg. Coll. Doct. Reginæ Johannæ II. fol. 3. Et ſic Feudum ipſum perſonæ vices gerit, ſicut hæreditas de jure Romano, Iſer. in d. Conſtit. Conſuet. diciturque perſona repreſentata, Alex. conſ. 35. feudum agit, feudum excipit, ſententia pro feudo, & contra feudum interponitur, Frecc. titul. de orig. Baronum num. 13. Camill. de Curt. diverſ. 1. f. 1. p. fol. 3. num. 1. 2. & 3.*

e *Juſtinian. Imper. in præfat. DD. §. itaque de concept. Dig. ad Tribon apud Gothofred.*

Digitized by Google

ſerendis, feudalium Jurium elementa, non quidem ad auſum, quod nec quiſquam Feudiſtarum noſtratum detexerit, aut evulgaverit, verumtamen ad Juventutis eruditionem præſtare animum induxi meum, ea diligentiſſima, atq; exactiſſima, qua potero, interpretatione ultra ordinarias cujuslibet ſemeſtris lectiones, quas typis enucleabimus, ut leviori via ducti ſine magno labore Juvenes & ſine ulla diffidentia ad plenam rei feudalis notitiam maturiùs perduci poſſint.

Neque in his protinùs me dicentem faſtidiatis, quod eas res, quas elucidaturus ſum, eloquẽtię luminibus ornare, & illuſtrare nequeam: *Marcus* enim *Tullius à Philoſopho* oratoriam eloquentiam non admodum flagitavit, modo res bonas, & cogitatu dignas afferret; *f* Quod non ut eloquentiam aſpernar, proteſtor, cum ſine illa manca Jurisprudentia ſit: ſed ut me venia dignum pronuncietis; non tàm propter latinitatis puritatem, non adhuc noſtra ætate poſtliminio re-

f *A Philòſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſpernar: ſi non habeat, non admodum flagitem, &c. modo quæ dicat ille bene noris, Cicer. lib. 1. de fin. circa princ. Et ſubtilitas non prodeſt eloquenti, ſi non percipit intellectus audientis. Unde dixit D. Auguſtin. in 4. de Chriſtiana diſciplina, vel doctrina, bonus doctor vulgi more loquatur, ut ambiguitates, obſcuritateſque vitet, Afflict. in comm. ad conſtit. ſancimus in præfat. num. 3. & 4.*

g, reſtitutam, quàm ob fori incommoda, in quo per trigintaquinque annos fui verſatus, à ſcholaſticis laboribus, & cultioris ſtyli exercitatione alienus, undè omninò excuſandus videor, ſi in uno, atque altero aberravero, nec omnia acu tetigero. Eoque magis, quia teſte *Imper. Juſt.* *b* in nullo penitùs errare, ſed in omnibus irreprehenſibilem, ſeù inemendabilem eſſe, divinæ ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ, & roboris. Hæc igitur qualia ſunt pura, & politula præſtare nitor, non Tulliana fretus copia, quam multi ambiunt, nulli aſſequuntur, ſed eo dicendi genere, quod poſſit ab abſurdo diſcrepare. Quidquid autem emolumenti, aut veræ laudis futurum eſt, id totum Sanctiſſimæ DEIPARÆ ſine labe conceptæ conſecro.

Sed ordinem eorum, & tramites, per quos ambulandum eſt, manifeſtare tempeſtivum nobis eſſe videtur. *i*

QUintus ſupra trigeſimum annus eſtò percurrat, ex quo juri feudiſtico operã navando in primis noſtris juriſprudentiæ ſtu-

g *Ut obſervat Olaus Boritchius in cogitationibus de variis latinæ linguæ ætatibus.*

h *Imper. Juſtin. in Conſtit. Dedit nobis Deus, de confirmatione Digeſt.*

i *Ex Imper. Juſtin. in cit. §. itaque.*

ſtudiis ætatem agens annorum decem, & novem (ut vires ferebant) feudalium jurium θεωρηματα, ſivè ut J. C. vocant *Viſiones*, k Epitomemque ad praxim, non alio conatu, quàm ut feudalis juris tractationem ad methodum redactam elucidarem, publicæ luci Ephæbus tradidi.

Quas inſuper, Advocatus in foro allegando felici maximi ponderis Jurgiorum fato, feudales exercitationes egerim, probè noſtis, inter quas juvenili ſpiritu fulget διατριβὴν, ſive exercitatio juridicopolitica pro Excellentiſs. D. Petro Antonio ab Aragonia Regni tunc Prorege ſuper ſucceſſione Status Segorbiæ; Plurimæque aliæ exinde in maximi ponderis controverſiis, & pro Sereniſſima Magna Florentiæ Duciſſa adverſus devolutionem à Regio Fiſco prætenſam Status Amatricis tranſactione demum (me conſulente) ſopita, ac inſuper pro aliis Italiæ Principibus, Hiſpaniarum Magnatibus, ac ſuper ſucceſſione Status Montisleonis pro inſtituti Majoratus exe-

k *Ulp. in l. ſed ſi lege 25. §. adeo 15. D. de petit. hæred. in l. 29. §. in omnibus 5. D. mandati, & Paul. in l. 25. §. in omnibus, D de probat. Juſt. Imp. in Conſtit. de confirmat. Digeſt. ad Senat. & omn. popul. ſive in l. tanta 2. §. ſi quid autem 14. & in l. dedit nob §. ſi quid, poſt Anton. Auguſt. Barnab. Briſon. de V. S. lib. 19.*

Digitized by Google

exequutione, plureſq; allegationes aliæ cauſarum inſignium pro Regni hujus Proceribus in fori certamine compoſitæ excuſſæque, typis(Deo dante)pro publica utilitate edendæ; Novernnt quoque in re feudali exaratos noſtros labores exteri in Europa, inter quos omiſſis ſilentio aliis non prætereundus celeberrimus Juris Conſultus virtute, & dignitate *Eminentiſs. Cardinalis Jo:Baptiſta de Luca* anno milleſimo ſexenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, iſtac in re feudali me elaboratum pronuncians. *l*

Enucleatæ pro Regio Ærario Annotationes, Officiorumque Regni notitia, ſive laterculus Magiſtratuum, ſelectiorem juris feudorum ad Regalia attinentem partem excultam licet oſtendant.

Nihilo tamen minus ſæpè mihi excogitanti, atque animadvertenti, qualem in hac publica interpretatione aptiorem methodum ſeligerem: Tria ex *Franciſco Hotomano m* ſeſe obverſari viſa ſunt; ambiguitas, repugnantia, & abſurditas; accedit imò quartum barbarica illorum librorum de feudis ſcriptio, propter quam eorundem lectionem ingeniorum carnificinam eſſe, & Au-

giæ

l *Card. de Luca in lib.16. ſupplem. p.1. de feud. ad diſcur. 42. ædit. ann.1677.*

m *Franciſc.Hotoman. J.C.diſput. de feud. in præfat.*

giæ ſtabulum, in quo expurgando altero Hercule opus eſſe, *Hotomani* vox eſt: & ex *Jacobo Cujacio*, nulla ſuadetur juris pars pejori conditione, quàm illa, quæ de feudis eſt, & jure militum militari. *n*

Quorum eſtò vis magna ſit, non eſt tamen, quin cum ſingula feudorum jura oculatiſſimè introſpicimus obſervatu digna eſſe pronunciandum inficiamur: Leges enim juſtum honeſtum, & utile imperant, & id ipſum quæritant, quod ſi leges ſacratiſſimæ abrogarentur, obliterarenturve univerſa rerum publicarum genera malorum iliadibus perculſa obruerentur, & à ſtirpe (penè dixerim) interirent; Enitendum eſt, ut leges

n *Jacob. Cujac. Tholoſ. de feud. in Epiſt. dedic. Thom. Rodigerio. Nam vel qui ceteras, ait, ſe tenere profitentur hanc reiiciunt quaſi barbarā, vel ſi hac potiſſimum operam ponunt ſuam, facile damnum patiuntur ceterarum. Et Neoterici Interpretes propemodum omnes non dicam querelantur, ſed ſæpius vehementer indignantur. In feudorum enim libris non ſolum orationis genus incultum aſperum, & illepidum eſt; Verum etiam res ipſæ ſine ordine confuſæ, & intricatæ traditæ, & ſubinde ad faſtidium, & nauſeam uſque repetitæ ſunt, ut inquit Borcholden. in Epiſt. dedic. tract. f. Liber f. confuſus, neque ullo certo judicio, aut ordine compilatus eſt, ait Schrader. in proœm. num. 7. u. f. Et multos ſuo tempore extitiſſe ſcribit Bald. qui liberè dictarent nullam in toto jure feudiſtico ſapientiam eſſe, & ipſemet ejuſdem Scriptores hoc verborum honore dignatus eſt, ut eos pecudes appellaret.*

ges rectiſſimæ ſe habeant, & ut ſacroſanctæ ſunt, ita qua licet arte tradantur. *o*

Indulgendum enim eſt ætati, in qua conſuetudines illæ feudorum conſcriptæ fuere, Barbarorum incurſionibus, ac moribus in Italia adhuc depreſsa, omnis latinæ puritatis inexperta. Dum feudorum libri barberiem illius ſeculi redolēt,quo ſunt ſcripti; jampridem enim ſermonis, ac linguæ venuſtas,& ſanitas elanguerat, ac penè emortua fuerat. Quemadmodum enim Italia,inſulis in eam peregrinis nationibus Gottis,& Lōgobardis occupata, permiſtaq; eſt, plurimæque peregrinæ, & abſonæ voces latinis tanquam muſtarda piperi permixtæ; Imò totus, ut ſic dicam,genius Romani ſermonis tranſmutatus eſt in quemdam abſurdū,incōditum, horridum loquendi modum, in quo tractando, ſi quis diutiùs verſetur, ei metus ſit fortaſsè non injuſtus, nè audiat Euripideam illam exprobationem: Tù barbariſſas, dum diù es cum barbaris. Nec tamen ex eodem *Cujacio* jus hoc tot Germaniſmis, ſeù veriùs Longobardiſmis refertum, illepido ſermone conſcriptum videtur. Et dum eam ambiguitatem, repugnantiam, ac abſur-

o *Receptas leges non eſſe immutandas,etiam ſi quid incommodi habeant Ariſt. lib. polit.* 2. Ulp. *in l.* 2. *D. de conſtit. princ. conferunt. l.* 7. 8. 9. *ad* 20. *D. de leg.*

ſurditatem *Hotomani* auſus objicit, oſtenditque; non eſt nihilominus, ut ipſe inficias eat, eoſdem hos libros ab eruditiſſimis quibuſque viris magno pretio haberi, & novis quotidiè commentariis, ac diſputationibus illuſtrari: *p*

Scimus namque *Tribonianum* collegaſque Juris Civilis compilatores, veluti in vitia prolapſos *Pardulphum Pratejum* *q* audacter coarguiſſe, plures notando reſponſorum in ijſdē titulis geminationes, reſcriptamque toties repetita, quæ Juris Conſultis veteribus neceſſaria viſa fuere, prætermiſſa, deleta, atque obliterata conſentanea, & quæ uno orationis perpetuæ ductu ſcripta erant, interverſa, immutata truncata, & veluti centonas adſuta, methodica *Quinti Mutii Scevolæ*, *Salvii Juliani*, aliorumque ſcripta, amethodica effecta, atque diſſecta. Nec tamen ea de cauſa comptiora ſapientibus vindicatur compilatio librorum Juris Civilis, illa, qua *Juſtinianus* uti nos voluit in reſpon–

p *Quod ex libri hujus materiæ magnitudine, non verò imperfectione repetendum eſt, licet ſecus in aliis humanæ imperfectioni libros plures faciendi infinitatem adſcribat Andreas in proœm. feud. in princip. ad id notatus à Camillo de Curte diverſ. f. p. 1. num. 13.*

q *Pardulph. Prate. Juriſprudentiæ mediæ lib. quatuor.*

ſpondendo, litigando, judicando. *r*

Tunc enim apparet confuſio in aperto quando quis credit reprehendere, reprehenditur; quando credit deridere deridetur: ſicut *Proculus*, qui voluit reprehendere *Labeonem*, irriſus eſt à *Celſo*, *ſ* & *Sabinus* volens corrigere *Ulpianum* fuit correctus. *t*

Nulla enim eſt ratio ita prægnans, ut dicere confuſionem compilatoribus adſcri-

 ben-

r *Priſcis namque debetur reverentia Inſtitutis, c. priſcis 55. diſt. Et nullum in ſcribendo erraſſe audeo credere, c. ego ſolis 9. diſt. & Divus Hieronymus dicebat non eſſe humilitatis ſuæ, neque menſuræ judicare de cęteris, c. ſi clericatus 16. qu. 1. Et Div. Auguſt. talis ſum, inquit, in ſcriptis aliorum, quales eſſe volo intellectores meorum, gloſ. in c. cum omnes in verb. petere de conſt. Omnibus enim juris authoribus æqua prærogativa ſervata eſt, l. 1. §. bis ita C. de vet. jur. enucl. habita ſemper antiquitati reverentia, l. 2. §. tanta eod. tit. de V. I. E. alias dicit gloſ. in Clem. 1. §. 1. de privil. ſæpius vidi gravius offendere aures Auditorum eos, qui vitia aliena apertè dixerunt, quam eos, qui commiſerunt, licet poſſit dici alius alio doctior, c. cum tantum de conſecr. diſt. 4. Balzar in præl. f. num. 18. Ideo Andr. de Iſern. dixit nolui, quia non potui authoritati tantorum virorum derogare Balzar. d. l. & inſuper, idem Andr. quidam excellunt ſubtilitate ingenii; quidam in docendi peritia, alii in copia diſcernendi alii, in aliis, quæ requiruntur in Doctoribus, quæ narrantur in Cod. de profeſſoribus, qui in Urbe Conſtan. l. 1. juxta dona Dei, numerata per Apoſtol. 1. ad Corinth. 12. unde non omnes per omnia, ſed certi per certa meliores, & deteriores inveniuntur C. de vet. jur. enucl. l. 1. §. cumque.*

ſ *l. ſed an ultro §. 1. D. de neg. geſt. Iſern. in procem. f. n. 1.*

t *Ut ex gloſ. in l. quod ſervus D. depoſ. admonet Andr. Iſer. in proęm. f. n. 12.*

bendam; Cum in propatulo ſit eos memoriæ ſaltem cauſa, & in privatum uſum, nullo in publicum edendi animo, obſervationes iſtas forenſes adnotaſſe, & in ſcripturam redegiſſe, quas paulo poſt alij quoque Pragmatici manibus verſarunt aſſiduis, alia alibi judicia, & ipſæ denique Scholæ pro authenticis receperunt. *u*

Cæterum omni culpa carent illi, qui nunquam id ſuſceperunt, ut exactam aliquam artem traderent; quomodo *Tribonianum*, ac ejus *Coadjuvas* excuſat *Donellus*. *x* Et maledici videntur homines, qui iſtis viris omnem ideo protinùs adimunt eruditionem. Quod itidem adverſus Tribonianomaſtigas ab *Alberico Gentili* ſcriptum *y* eodem ſi non meliori jure pro hiſce quoque ſcriptoribus uſurpari poteſt.

Non eſt quod imputetur hiſce viris, qui cum vixerint eo tempore quo literarum, & artium humaniorum ſtudia minimè florebant, Juſque Civile in Occidentis Imperio ſeculis aliquot neglectum, non ita pridem è lateribus fuit revocatum; Certè diligentiùs impedimenta perpendenti mirum videri nõ debet, eos utiliſſimam feudorum

u *Iſern. in proœm. f. n.* 11.
x *Donell.* 1. *comment.* 7.
y *Alberic. Gentil.* 1. *epiſtol. & lect.* 13.

rum doctrinam non omnimodo perfectam, nec omnibus numeris abſolutam ſcripſiſſe; vel eo magis, cum ijdem primi fuerint, qui jus feudorum ex varijs diverſorum locorum, atque Curiarum conſuetudinibus ſummo ſtudio collegerunt, certiſque libris induſtria ſingulari comprehenſum poſteritati reliquerunt; Nec artes protinus ab initio ad ακμην perveniunt, ſed progreſſu temporis magis, atque magis elaboratæ demum perficiuntur. z

Imo tantum abeſt, ut authores hujus libri vituperandi ſint, ut præter veniam, quam propter temporum ſuorum injuriam, rectè merentur, vel hanc ob cauſam, quod antiquam feudorum conſuetndinem, ita ut ſeculi illius conditio, & res ipſa ferebat monumentis ſuis conſervatam ad poſteros transferre ſtuduerint, honore, & præmio digniſſimi ſint, ut contra Ariſtarcorum convicia exclamat *Hartman Piſtorius*. a

Non enim quiſquam faſtidit ob incertitudinem authoris propter temporis vetuſtatem canones qui in *Gratiani* decreto authore carent Paleæ græca voce inſcriptione donatos, cum ex ipſa antiquitate cõmendentur, ut quoque de *Ennio* advertit *Quin-*

tilian.

z *Kohl trat. de ſubſ. in dedic.*

a *Piſt. in præfat. lib. 2. quæſt.*

tilian. lib. 10. *cap.* 1. *Ennium* (inquit) *ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus in quibus grandia, & antiqua robora jam non tamen habent ſpeciem quantam religionem, ſcio quædam prænimia antiquitate exoleſcere, ea nugis amlibus adnumerari. Neque quiſquam faſtidit Alpheni Vari doctiſſima reſponſa, quod ſutrina, & calceis abjecto inſtrumento artis, clauſaqne taberna*, ut ſcribit *Horatius lib.* 1. *Sermonum Satyra* 3. Cremona relicta Romam iverit de jure reſponſurus feliciter, ubi præceptore uſus juriſprudente Sulpitio, Conſul evaſit, ſicut *Acron* notat: Nec Mantinenſes Nicodori conſtituta, quod è pugile legislator evaſiſſet, repudiaverunt, ut notat *Ælianus*; Nos quoque amplectimur *Oberti de Horto*, & *Gerardi Capagiſti* ſcripta, & placita in feudorum tractatione, tanquam ab uſu, & à Cæſaribus approbata. Non enim magis ipſi tradiderunt, quid alijs prudentibus videretur de re tota, quam nova ſuo Marte introduxerunt, conſulti, & prudentes dicti, *in cap.* 1. *ſi de feud. Vaſall. ab aliq. interpell.* pręcelluere enim authoritate, & judicio alijs feudorum authoribus ſine nomine hactenus relictis, *cap.* 1. *de feud. fęm. cap.* 1. *hic fin. lex.* Planè hi Duumviri feudales, quibus prudentiam facile conceſſeris, Juris Civilis ar-

gu-

gutias adfuiſſe non diffiteare, primores fuere Curiæ Mediolanenſis, ut conſtat, *ex cap.* 1. *&* §. *illud, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* ubi author filium, ad quem ſolitus erat ſcribere, alloquitur, & Mediolanenſem Curiam vocat ſuam, §. 1. *in quib. cauſ. feud amitt.* ibi *Anſelmus* nomen, fuit filio *Oberti*; ex cujus ſcriptis, rudiuſculus pro tẽpore, velut aurum ex ſterquilinio valeas colligere, ut de *Ennio* dicebat *Virgilius*. Adeò verò his viris tributũ fuit, ut æquitate duce authoritatem cõſuetudini reſtiterint, quod nõ niſi ſummo Legumlatori conceſſum ſcimus, *cap.* 1. *An marit. ſucc. uxor* §. *fin. de ijs qui feud. dar. poſs.* Antiquarum igitur conſuetudinum freti juris dandi facultate, ut ſuperius explicui: *hæc Stephanus Forcatulus comm. de feud. cap.* 1. *n.* 8. *&* 9.

Et per hoc, quod illi Authores in ſcripturam redegerunt, quæ noverunt ad aliorum eruditionem, fit perennis eorum memoria in terris. *b*

Meritoque Juris feudorum librum *pulcherrimum opus quoad Juris feudalis cogni-*

tio-

b *Ut ex l. Divo Marco in fin. C. de quæſt. & l.* 1. *in fin. de vet. jur. enucl. docet Andr. Iſern. in proœm. f. n.* 10. *unde ex Catone majore litterariam rem armis præferendam dicit, cum quæ fortiter fiunt unius ætatis ſint: quæ verò pro Reipub. utilitate ſcribuntur æterna ſunt.*

tionem, quaſi proprium, & ſacratiſſimum Juſtitiæ conſecratum Templum definivit omnium conſenſu feudiſtici juris Magiſter, & Evangeliſta (ut dicunt *) Andręas de Iſernia c* Auriga noſter, qui feudorum librum ſupra omnes illuſtravit, ejuſque ſententia ita recepta eſt, ut nõ facile ab illa recedi poſſit, veluti à Feudiſtis in Cathedra, & in foro communiter approbata *d;* ejuſque commentum interpretari hujus Academiæ ſtylus eſt *e*, quoniam illud difficillimum judicatur, etſi quotidie in foro, & in ſcholis ventiletur. *f*

Et pro earundem conſuetudinum feudalium magnitudine, ſubtilitate, atque difficultate materiæ, diutius ſe in illarum interpretatione reſediſſe fatetur *Jacobus Alvarotus Patavinus*. g Et ante illum *Baldus Peruſinus* ait : *Onus aſſumpſi ſuper uſibus feudorum ſcribere, ubi de Nobilitate, & Nobilium Virorum prudentia, de conſtantia, & integra fide, de honeſtate morum, & naturæ, & de* con-

c *Iſern.in prælud. f. n.*16.

d *Nard.Liparul.in comment.ad eundem Iſern.in ejuſd.vita circa med.Præſ.Camill.de Curt.diverſ. f.*1.*n.*15. *& ſeq. Conſ.de Georg.in præfat.in mat.f.n.*8. *& ante illum Camer. in c.*1. *an agn.vel fil.*

e *Horatius Montan.ad l.Imper.§.præterea ducatus in preſ. in fin.*

f *Teſte Conſ.Jo:Andr.de Georg.in repet. f.in pręf.n.*8.

g *Jacob.Alvar.in f.lect.in proœm. n.*8.

conſuetudinibus plurimum pertractatur. Reliquis in ſcriptis ſuper omnibus Juris Civilis libris, & in enucleandis problematibus jam diu verſatus, &c. Nunc ſenio confectus inter tutiſſimos, & graviſſimos mores fruendam componens ætatem ſubſidio, precibuſque ſupplicibus adjutores, & auxilium prudentum peto: Irritos autem fabulatores non timeo, quia deridendum eſt, quod ratione non fundatur. b

Eſt enim hoc feudorum jus per ſe ſingulare, & ſeparatum, quod ferè in univerſas totius juris Civilis ſcripti materias, inprimis verò difficillimas incidit, attamen ubique quid ſingulare habet: De quacunque enim juris parte quæris, in his uſibus ferè aliquid reperies. Sivè de contractibus agas, ſive de ultimis voluntatibus, ſivè de jure accreſcendi, de præſcriptione, jure patronatus libertorum, ſervorum, ſervitutum, collationis, legitimæ, fideicommiſſi, uſus fructus, hypothecæ, pignoris, vel de emphiteuſi, locatione, dote, donatione propter nuptias, tutela, aut ſi de ſucceſſione quæras, alijſque rebus reſtitutioni ſubjectis; Vel de delictis varijs, de ingratitudine liberorum in parentes, donatarii, vel etiam de incrementis, meliorationibus, & Judicijs,

h *Bald. in proœm. f.*

& ad ea omnia pertinentibus, ſermonē inſtituas. Quapropter *Henricus à Roſenthali* advertit, neminem hujus juris interpretem feliciter profiteri poſſe, niſi difficiliores juris ſcripti, ac non ſcripti partes diligenter evolverit, earumque ſcientia inſtructus ad id accedat, vel animum ſimul incumbat. *i*

Et hinc ſumma eſt deſumpta *Andreæ de Iſernia* laus, ac amplexi eum ſunt omnes feudalis Cathedræ Anteceſſores, ex quo nova hæc feudorum jura, Grecis, & Romanis incognita, ita Romanis legibus applicuit, ut pro feudis ipſis illæ compoſitæ videantur, ut monuit *Sigiſmundus Loffredus*, & inde *Joannes Vincentius de Anna* libellum conſcripſit Civilium legum omnium per eundem *Andream* in uſibus feudorum ad ipſius juris feudalis conſonantiam, & confirmationem allegatarum. *k*

Rursùs, quemadmodum in verborum juris feudalis ruditatem eruditionis cultores invehuntur; Ita ejuſdem juris præ cæteris naturalem æquitatem, rationemque, nobilitatem, ac præcellentiam profitentur.

Cum

i *Henric. à Roſenth. in tr. & Synopſ. tot. Juris f. in præf. Lect.*

k *Sigiſm. Loffred. in paraph. f. ad c. 1. de f. ſine culp. nō amitt. Jo: Paul. Balz. in procem. f. n. 7. Jo: Vinc. Anna in tom. 2. alleg. poſt repet. f. in rubr. & c. 1. de Vaſſallo decrep. ætat. fol.* 126.

Cum omnes juris Civilis partes ad Reipublicæ ſummam opportunitatem pertineant; tum verò nullum in ijs locum de feudis tractatione præſtantiorem eſſe arbitrandum: Quippè in privatorum hominum jure ut plurimum deſcribendo conſumantur; hæc verò in Imperijs, Regnis, Regis demanialibus, juriſdictionalibus, Nobilibus, Territorijs, & diſtrictibus, ac de Poteſtatibus, quas Feudiſtæ Principatum, Ducatũ, Marchionatũ, Comitatum, Baronatum appellant, tota ferè conſiſtat, quarum rerum cognitio ad ſummum juris publici pertinet: *l* Et hinc appoſitè Illuſtriſsimũ *m* feudorum jus denominavit *Thomas Frantzius*. *m*

Et ex *Iſernienſi* feudiſtarum Principe *Andrea* Ethicæ philoſophiæ, ſive morali ſcientiæ feudalis doctrina adſcribitur, quia tractat de moribus feuda habentium, ſcilicet corrigendis, & dirigendis ad rationem,

l *Hotomanus, & Alvarot. citat. in loco, & quia de regalibus conceſſionibus agit, cęteris materia iſta pręcellit, Pręſ. Camill. de Curt. diverſ. f. p. 1. n. 1. fol. 1.*

m *Thomas Frantz in defenſione pro Carolo Maguo Imp. p. f. Authore in Italia contra eos, qui vel conſuetudinibus, vel aliis geſtibus authoritatem tribuunt poſt Syntag. J. ſ. Georg. Adami fol. 616.*

& juſtitiam . *n* Et ejuſdem documenta ob ipſius dignitatem in diebus feſtivis licitè à voce magiſtrali tradi ſolitam *Jacobus Alvarotus* teſtatur : *o* Unde in hoc etiam Academiæ hujus mos commendatur.

Cujus Inclyta Cathedra, ſive feudalis lectura ordinaria pro dignitate, & ſumma authoritate, ab immemorabili in hoc Lyceo eſt, teſte *Iſernienſi Andręa* ſcribente. *Item quia à tempore cujus non eſt memoria, fuit hic liber in ſtudijs generalibus lectus, & gloſſatus per patres, & majores noſtros, ſicut alij libri legales, maximè Bononię, quę quantum ad hoc poteſt dici Urbs Regia*. *p* Ut & in Germa–

n *Andr.de Iſern.in pral.f.n.19.ubi Liparul.litt.H.& oſtēditur ex infra notat.in ʃʃ.item, qui Domino, quæ fuit p. cauſ.benef.amitt.§.1.de f.alien. cap.moribus infra ſi de f. defun.fuerit controu.ſicut, & alii legales libri ſunt l. leges Sacratiſſimæ C.de legib. poſt alios Alvarot. in d. proœm. num.10.*

o *Jacob.Alvarot.in citat.proęm.f.3.& 4.quodque licitum ſit in diebus feſtivis ſtudere, vel ſcribere, ibidem fundat, ſi gratis fiat; ſecus ſi quæſtus cauſa: ſicut Advocatis, & Doctor.quibus licere inveniendæ veritatis gratia, vel pro pio opere, ſive miſerabilium perſonarum patrocinio. Sed quod liceat Advocatis abſq; peccati labe etiam propter quæſtū, ſuſtinet Joan.Petr.Fontanell.de pact.nupt.t.1.cl.1.nu.28.*

p *Andr.de Iſern.in prælud.f.q.1.n.25.*

mania, Hiſpania, Gallia, & Italia, teſte *Everbardo Broncborſt.* q

Ejuſque materię feudalis cognitio cum ſit magni momenti, & maximæ difficultatis, utilitatiſque, præ cæteris commendanda; & que ad illam ſpectant, attingenda inde eſſe conſtat, quoniam quotidiana ſunt, ut in ſimili advertit *Paulus* J. C. *r* & hoc libro perlecto, ex quo ſtudioſus ſcit determinare cauſas feudales, in multam peritiam adducetur, ut idem *Iſernia* docet. *ſ* Et harum deciſionem plerumque difficilem, & lucroſam eſſe, ex quo *Jaſon t* magnos proventus afferre dixit, adeo ut unus caſus ad ditandum hominem ſufficiat.

Quare operæ pretium eſt ſtudioſos juris, & præcipue Nobiles in hanc juris partem diligenter incumbere, ut non ſolum alijs quandoque pro patrocinio adeſſe; ſed etiam propria feuda eo melius conſervare, & amiſſa recuperare poſſint; Sicque omni ex parte utilis doctrina feudalis videtur, propter privatum, imò & publicum bonum, ut ex *Petro Rebuffo* advertunt *Lodulphus*

q *Everbard. Broncborſt. de f. pag. 5.*
r *Paul. in l, legali 25. ubi gloſ. D. de lib. leg.*
ſ *Iſern. in cit. præl. f. n. 18.*
t *Jaſon. in præl. f.*

Digitized by Google

phus Schraderus, Georgius Obrechtus, & Nicolaus Intrigliolus. u

Cumque apud omnes Europæ populos, feudis nihil ſit frequentiùs, nec de his leviores, aut pauciores, quàm de allodijs controverſię oriantur, & quotidiè in Academijs ſimul, & Curijs mirum in modum diſputentur, nemo ſine pudore negatum ire poteſt: cupidam legum juventutẽ nõ ſolũ re Principum Civili, & Pontificum Canonico imbutam; ſed & conſuetudinibus feudalibus oportere eſſe inſtructam, ut ad ſolidam, & ſuis numeris abſolutam legum eruditionem pervenire poſſit.

Hinc rectè *Rittersbuſius* x feudorum doctrina, ait, tam neceſſaria eſt, ut ſine ea non dicam perfectus J. C. nemo, ſed nec tolerabilis quidem quiſpiam eſſe poſſit. Vix enim, ac ne vix quidem ulla pars univerſi juris eſt, quæ aut amplitudine major, aut celebritate ſuperior, aut certè dignitate par huic eſſe poſſit.

Ea eſt hujus juris Majeſtas, tanta ſublimitas, ut ex omni latiſſimo jure ſolum Nobilibus, & claris viris, ſolum Principibus,

u *Rebuff. in Arb. f. Lodulph. Schrad. in tr. f. in proęm. nu. 3. 4. & 5. Obrech Argentienſis de Jur. f. & corundem Jur. lib. 1. in præf. Intrigl. de f. cent. 1. q. 1. n. 1.*

x *Rittersbus in prolegom. p. f.*

bus, ſolum Regibus dignam eſſe, ut omnia omnium Imperia, ejus unius ope, ſtare videantur. Feuda ſunt belli præſidia, & pacis ornamenta, ſubditos ad promptam devotionem, & devotam gratitupinem; ad prompta, & parata ſemper Dominis obſequia, & militaria ſervitia commovent; inteſtinas ſeditiones, & bella civilia inter ipſa ſæpiuſculè Imperiorum viſcera, Principes, & Proceres, ſuboritura præcavent, ab externis illata amovent, familias Illuſtres ſuo in flore, & ſplenpore conſervare ſtudent, debitumque magnatibus timorem, & honorem exhibere jubent.

Et quia nulla ſunt propugnacula Principibus certiora nullæ arces validiores, quàm ſubditorum ergà ipſos fides, & benevolentia. *y* Et cum ipſa jura feudorum in fidelitate, & fide publica conſiſtant, omneſque populos, & ipſos in primis Principes, & Vaſallos mutuæ fiduciæ charitate complectantur. *z*

Quis tàm eſt, vel imperitus, qui non agnoſcat, vel malevolus, ut non libenter fateatur illud neceſſitudinis vinculum, quod in feudis, inferiores, cum ſuperioribus connectit,

y *Polit.Bodin.4. de rep. 7.*
z *Citat.Bodin.1.de rep.9.in princ.*

nectit, firmiſſimum eſſe nervum Reipublicæ; Illudque fidenter mihi affirmare poſſe cum Præſide S. R. C. *Joan. Antonio Lanario* videor, *a* ex quo feudatarii militare munus ſumptibus propriis ſubeunt, Regnum tuentur, exactum Regem revocant, ita ut everſis, atque abolitis feudis totius Romani Imperii, Monarchiarumque ſtatus immutatus labefactaretur ſimul, & perverteretur, ut monuit *Rittershuſius*. *b* Quodque eruditè pluribus exemplis demonſtrat idem *Præſes S. C. Lanarius*, defenditque inadverſantes.

Jus inſuper feudalitium præeminentius excellit, dum non de aqua pluvia arcenda, non de oleo, & vino legato, ſed de Regnis, & Regalibus, Principatibus, Comitatibus, Latifundis; Non de Vicariorum peculiis, ant Mediaſtinorum Libertorumve operis, ſed de Clientum officiis, Militnm armis, Dominorum beneficiis peragit; Non in alta pace, & otio per dictatores formularum, & ſyllabarum aucupes excogitatum ſedendo procinctu ſub pellibus, aut in agro hoſtico, dividendo per Duces belli, & emeritos milites adinventum eſt; cujus cognitio

Prin-

a *Præſ. Lanar. in orat. ad prel. habit. in 1 lect. f.*

b *Rittershus in d. prolegom. p f.*

Principum, & Nobilium ordine, ac genere non tantùm cum primis digna, aptaque,ſed etiam in adminiſtranda Republica multò magnoque uſui eſſe poteſt. *c*

Quò itaque, jus hoc neceſſarium magis eſt, quò dignius, quò utilius, eo majori ope, & alacriori ſtudio accipi debet, & uti quotidianum pleniùs tractandum eſſe oportet. *d*

Et hinc mehercle *Joann. Vincentius de Anna e* obſervat, quod feudalium cauſarum cognitio, ſicut certis Magiſtratibus in ordine decidendi, dum inter Dominum, & fidelem de beneficio contenditur, Regiæ Cameræ puta Senatui demandata eſt.Undè Fiſci patronos Regii Ærarii, Jurium feudalium peritiores eſſe oportere,propter cauſas de feudali materia emergentes, quam eſſe ſcientiam de per ſe, nos docet Feudiſtarum Monarcha *Mattheus de Afflictis. f*

c *Marquard. Freber. in præf. comm. f. Steph. Forcat. Everbard. Bronchorſt. in method. f. in Epiſt. dedic.*

d *Ex Paul.* J.C *in l. legali* 25. *D. de libert. leg. Matthias Steph. de iure f. in pract. œconom. lib.* 1. *in princ.*

e *Jo: Vinc. de Anna in repet. c.* 1. *de Vaſal. decrep. ætat. & in text. num.* 82. *quem ſequitur Præſes Fulv. Lanar. ad Reg. Patruum in c.* 1. *de his, qui feud. dar. poſ. ſub n.* 176.

f *Matth. de Afflict. in c.* 1. *§. ſed & res n.* 25. *per quos fiat inveſt.*

Ità certis Illuſtrioribus I. C. in docendi methodo interpratatio commictitur, ut hujus materiæ explanatione, conſcii legum Doctores unanimiter evadant; cum ex *Jo: Blanco Summiſta* g feudorum jura paucis innoteſcant, ne omnis Doctor illorum ſit conſcius.

Undè Cathedra hæc inſtituta fuit, ut aſſiduis juris feudalis lectionibus, viri eſtò in jure doctiſſimi plenè memores ipſius feudalis doctrinæ continuò evadant, eaque promptè illis innoteſcat; Artificium enim omne per continuum exercitium incrementum recipit. *b*

Aſſiduus namque uſus uni rei deditus, & ingenium, & artem ſæpè vincit, ut monet *Marcus Tullius* Oratoriæ artis parens. *i* Cõmemorans, quod *Quintus Scevola Augur.* cum de jure prædiatorio conſuleretur, homo juris peritiſſimus, Conſultores ſuos nunquam ad

g *Jo:Blanc.in proem ad ſum.f.*

h *Matth.de Afflict.in proem.f.n.7.*

i *Cicero in orat.pro Livio Corn. Balb. cujus ex noſtratibus ſunt memores Jo: Angel. Piſanel. in ſuo reſponſo poſt repetitionem Jo: Antonii Cannezii in extravag. Regni Siciliæ Federic.& Jacob.in princ.& Præſ.Fulv.in addit.ad Reg. Patruum ad c.1.de his, qui f.d.p.num. 176. & ex Valer. Max.pro civil.& crimin.Jud.diſtinct. refert Afflict.in Conſt.Regni: Non ſine grandi.*

ad Furium, & Caſſelium reiiciebat:& quod de aqua tuſculana *Marcum Tugionem*, potius quàm *Cajum Aquilinum* couſulebant ; Quo quidem facto moderationem magis ſuam commendabat, quàm auctoritatem minuebat: Ab his id negotium aptiùs explicari poſſe confitendo, qui quotidiano ejus uſu callebant. k

Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, à quibus, & propria ſtudia verecundè,& aliena callidè extimantur: & *Platonis* eruditiſſimum pectus hæc excogitatio attigit; Qui conductores Palladis Arcis de modo, & forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos, ad *Euclidem Geometram* ire juſſit, ſcientiæ ejus cedens, imo profeſſioni; Undè adagium: *Nè ſutor ultra crepidam*; Hæc *Valerius Maximus. l*

k *Quia non omnes in omnia, ſed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inveniuntur. Imp. Juſtin. Tribaniano viro Emin. in princ. Dig. Homo enim purus natus non eſt, qui omnia viderit, omnia intellexerit: Excellentia diverſa diverſis tribuitur juxta donorum Dei diverſitatem, Andr. de Iſern. in proœm. n. 5. & 6. licet de S. Auguſtino D. Hieronymus dicat, quod quæ Auguſtinus ignoravit rerum natura neſcivit, apud conſ. feud. div. 47. n. 5. in fin. Balz. in proœm. f. n. 13.*

l *Valer. Max. lib. 8. c. 12. Et quod cum de jure prædiatorio, non, ut in aliis edit. de jure prætorio legendum ſit, optimè oſtendit Gilibertus Regius in Enantiophano jur civil. lib. 1. c. 27. ubi prædiatores interpretatur eos, qui de prædiis eorumque ſervitutibus diſputant.*

Ut verò expleamus, quæ ad methodicam juris feudalis conſonantiam attinent, mordacibus dicteriis criticorum depreſſis, à quorum intemperie longè pejus hodiè metuendum, nè barbariem ſub ſpecie argutiſſimarum nugarum fœdiſſimam induant. Venerando potiùs inventa, & commenta juriſprudentię feudalis, Inventores, & Commentatores veteres adire tanquam multorum hæreditatem juvet, nobis iſta acquiſita: nobis elaborata ſunt.

Agamus nihilominus bonos patres familiarum faciendo ampliora, & meliora quantùm poſſumus, quæ accepimus; Major iſta hæreditas, à nobis ad poſteros tranſeat; *Multum egerunt, qui ante nos fecerunt, ſed non peregerunt*, ait *Seneca*. *m*

Veram merentur laudem, qui cultiore, & magis literato ſeculo nati, & Compilatoribus, & Interpretibus ſimplicioribus humaniter ignoſcunt; Bonitatis enim certiſſimum fundamentum extitit animi æquabilitas, qua humana omnia æqui bonique conſulere par eſt, inquit *Scaliger n*; & hinc undique commendãdi ſunt recentiores primam, & præcipuam ordinis rationem habenben-

m *Seneca epiſt.64.*
n *Scaliger exercit* 148.*ſect*.4.*Epiſt*.33.

bentes, eumque non unum, & eundem omnes, ſed pro ſuo ſinguli ingenio, ac judicio ſingulorum adhibuerunt, ſequuti Senecã. *o* *Dum ibo*, inquit ille, *per priorum veſtigia, utar via veteri, ſed ſi propriorem invenero hanc muniam, qui ante nos docuerunt, non domini noſtri, ſed Duces ſunt*, & confert illud Lipſii *p*, *ut Imperatori*, ait, *in acie certus aliquis ordo, nec tamen unus, ſic tibi in omni materia, quam pro te, pro judicio diſpone;* Infeliciſſimi enim ſunt, qui ad quælibet aliorum tradita adhereſcũt, & niſi alienis pedibus incedere neſciunt *q*. Imo ineptiſſimi, & ſervum pecus. *r*

Qui enim hanc juris partem vagam contrahere, confoſſam diſtinguere, indecentem aptare, Squalentem exornare ingrediuntur, immenſum commentariorũ æquor tranſmittant, non ut illorum barbariem, aut alia imitentur errata; ſed ut omnia probantes, quod in ſiugulis bonum neceſſarium, & utile eſt teneant, & amplectentur. Nec enim ferendi ſunt, qui repertis frugibus glãdes præferunt, & veterum inquinamentis magis, quàm erudita recentiorum doctrina,

quo-

o *Senec. epiſt.* 33.
p *Lipſ. Inſtit. Epiſt. c.* 6.
q *Scalig. de ſubtilitat. exercit.* 306.
r *Zaſ. p.* 1. *conſ.* 3. *n.* 13.

quorum vigiliis, germana juris Majeſtas in cenum defoſſa barbaricum, eruta eſt, delectantur ſ. Imitandus igitur eſt Zeuxis pictor Nobilis quando Agrigentini tabulam in Templo Junonis Laciniæ dedicarunt, quinque ex omnibus ſelegit nudas Virgines formoſiſſimas, ut id quod in quaque laudadatiſſimum eſſet, penicillo, & coloribus redderet.

Sic ipſe induſtrius ex jure feudali ejuſque probatis Jnterpretibus utiliora ſeligere, futiliora negligere incumbam; Cumque ſe objiciat ordinis neglecta ſeries, & exoſa exoticorum vocabulorum barbaries; Nec non eorundem ambigua in decidendis quæſtionibus hæſitatio; & multiplex veterum Interpretum in explanandis locis obſcuris, & ambiguis variatio, omniſque latinæ puritatis violatio. Accedit controverſiarum feudalium ſublimitas, & ſumma rerum, quas concernit Nobilitas. Sed ſi unumquodq; quò pulchrius, & excellentius, eò quoque eſt difficilius, hoc jus feudorum nobiliſſimũ non poteſt non eſſe omnium difficillimum, quippe quod non tantum apices, & Theſauros Principum; ſed & ſapientum ingenia, & ca-

ſ *Dauth. in orat. de ſtud. jur.*

calamos omni ætate mirabiliter exercuerit, ut ſcitè *Hermandus Vultejus* dixit. *t*

Methodum igitur eam ad hæc excerpimus, illamque conferimus, quæ peragendæ rei naturæ potiùs convenit Juris Conſultorum more, non tam jus methodo, quàm methodum juri ex *Budeo* adaptando *u*. Cumque auream hanc materiam ſubtilem admodum quidem confuſiſſimè tamen ab ejus Authoribus propoſitam nonnulliſque interpretibus tractatam teſtibus *Contio*, & *Duareno x*, agnoſcimus methodi primum difficultas, quam omnem artis tractationem adgravare experimus ſe ſe offert; & eo plus ponderis dedit, quanto magis viros clariſſimos alios pari mecum jugo trahentes, in eo laboraſſe, ſcripta eorum manifeſtum oſtendunt. Quare poſt multam diùque agitatam hac in parte deliberationem, tandem tutius, & facilius eſſe credimus ad hujus feudalis juris declarationem, partitionemq; methodicos omnium labores magnifaciendo *y*, methodum illam amplecti, quæ authoritàte *Domitii Ulpiani* fulcitur *z* ab omnibus le-

t *Hermand. Vultej. in Epiſt. dedicat. tr. f.*
u *Budeus in adnotat. ad l. 1. de juſt. & jur. pag. 2.*
x *Contius 1. comment. 10. n. 3. Duvren de f. c. 2. n. 4.*
y *Michael Neander ex Budeo in methodo artium fol. 19.*
z *Domit. Vulp. in l. fin. D. de leg.*

legum Cultoribus probè tenendum, in qua omne jus noſtrum conſiſtere docuit (veluti de genere ad ſpeciem) puta, quæ in acquirendo; conſervando, atque diminuendo, ſive amittendo verſatur. Cui conſonat *Feudiſtæ* vox in uſibus Feudorum, dum ait (*Feudum acquiritur*, *retinetur*, *atque amittitur*.) *a*

IPſum ergo feudum concedentis Domini largitate, ac beneficio; Accipientiſque Vaſalli fidelitatis ſponſione couſtituitur, naſcitur, acquiriturque.

Nativitatis parti adſcribuntur.

In abſtracto.

FEudi origo: Cauſa motiva introducendi: ac Progreſſus: Etymologia, ſive nominis definitio: Feudum, & Vaſallus an ſint nomina nova: An de publico procedant: Quid ſit fides per excellentiam in feudo: An, & qualiter renunciari poſſit fidelitati, manente fide in ſubſtantia feudi: Definitio rei: Quare beneficium feudum denominetur: Con-

a *Gerard. f. in c. 1. quib. mod. f. amitt*;

Conſuetudines feudales deſinant nè habere vim, ex quo in ſcriptis fuerint redactæ : Libri feudales, quæ jura contineant: Qua varia methodo à Doctoribus fuerint enucleati : Methodus decidendi feudales controverſias : Titulorum extraordinariorum authoritas : Juris francorum origo,& providentia: Selectiora verba feudalia declarantur : Regulæ juris feudalis :

In Concreto verò.

FEudum an dici poſſit gratia:debitum, vel privilegium : Et num Vaſallus renunciare poſſit Feudo : Et Dominus an poſſit revocare feudum à manibus Vaſalli : An ſit contractus de per ſe, vel id, quod cõtinetur in contractu:Utrum contractus feudalis ſit nominatus , vel innominatus, bonæ fidei, vel ſtricti juris: cohereat nè perſonæ, vel patrimonio : An ſit peculium *Caſtrenſe*, vel *quaſi* , aut *adventitium* : In quibus differat ab allodio,à militia,ab officio,ab emphytheuſi, livello,& à cęteris ſpeciebus rerum, ſive contractuum non omninò abſimilibus : Vaſalli quid differant à fęderatis,cęteriſque, ipſis,ſymbolicis: ſubſtantialia , naturalia , & ac-

accidentalia feudi, ſive contractus feudalis, quæ ſint:Feudũ juris nè,vel facti ſit Univerſitas: Diviſiones, ſive ſpecies qualitates, & differentiæ feudorũ variæ,in quibus quæſtiones quamplurimæ inter Feudiſtas excitatæ examinantur: Prælati pro eorũ beneficiis,an dicantur Vaſalli Summi Pontificis: Pecunia feudum an poſſit acquiri, vel pro bello ſedando concedi: Cauſa efficiens feudi,quæ ſit, quæ materialis, & quæ formalis, & ad illas attinentia declaranda, eaque ex commentariis ad jura feudalia adaptanda. Sicq; completis præludiis feudorum; declaratione præfatorum.

Deo propitio in noſtris Commentariis materiæ proſequentur univerſum jus feudale reſpicientes, juxta *Andreæ Iſernienſis* aliorumque Commentatorum ordinem.

Primò ad feudi nativitatem, ſive conſtitutionem puta efficientem, materialem, & demum formalem cauſam ex declaratione ejuſdem *Iſerniæ* feudiſtarum facilè Principis. *b*

Ad efficientem cauſam attinentia ſunt.

In feudum, vel ſubfeudum dare, vel accipore, qui, & qualiter poſſunt.

Paradogium, ſive Peragium, quando Va-

b *Iſer.in præl.ſ. in princ.*

Vaſallo per feudi conceſſionem deferatur, & à quibus.

Quæ res in feudum concedi valeant, & an incorporales. Ad materialem cauſam.

An ex demanialibus Regis, ac ex Regalibus.

Infeudari conſueta, & ſolita, utrum denuò infeudari, vel ſubinfeudari ſit neceſſe.

Quæ conſueta, aut ſolita infeudari, ac ſubinfeudari dicantur.

Sub Caſtri conceſſione, & ſub juriſdictione conceſſa, quæ veniant.

Modi Feudum conſtituendi, & acquirendi.

Forma, in qua conſiſtit inveſtitura propria, aut impropria. Ad formalé cauſam pertinent.

De inveſtitura facienda certis modis, & de Eccleſia, de ſervo, de minoribus ætate, ac de ruſticis.

Juramentum fidelitatis, ejuſque forma, ligii, aut non ligii, & an ſit de feudalis contractus ſubſtantia, ita ut illo non præſtito feudalis contractus corruat.

Exhibitio honoris, aliæque ceremoniæ in præſtando fidelitatis juramento.

Fidelitas pacto, an remitti poſſit.

Quid interſit inter juramentum, & fidelitatem ipſam.

Homagium, ſive hominium quando introductum, & ejus declaratio.

Vaſallorum derivationes, differentiæ, atque aſſecurationes.

De Vaſallo ad libertum, num valeat argumentum.

Inveſtitura Vetus, & Nova, Verbalis, Abuſiva per anulum, vel haſtam Perſonalis, Realis, aut vera, præſumpta, vel præſcripta, ſub ſpe caducitatis, ac ſubinveſtitura.

Interpretatio Inveſtiturarum, & quid interſit inter conceſſionem, & inveſtituram.

Inſtrumentum, ſive breve teſtatum, an ſit de ſubſtantia inveſtituræ.

Conceſſionum feudalium ſymbola plura, formulæ, clauſulæ, dictioneſque tam apud exteros, quàm in utraque Sicilia, juxta Regnantium ætates ſingulas, variè conſuetæ.

Recognitio dum feudum acquiritur.

Laudimii ſolutio inveſtituræ tempore.

Feudorum ſpecies, proprietateſque diverſæ, ac nomina varia.

Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus, Capitanatus, Valvaſorum Majorum, Minorum, & Minimo-

rum,

rum, denominatio, origo, & quæ ſit conceſſio, ac differentia.

Advocatiæ feudales.

Baronia, qualiter ex pluribus Caſtris, aut Feudis conſtituta dicatur. Quid ejus natura, & quæ comprehendat.

Unio Caſtrorum qualiter, & quanto tempore fiat.

Demanialia, & excadentialia Baroniæ, quæ ſint.

Demanialis Baroniæ res, quomodo efficitur excadentialis.

Excadentialia infeudata cum Regis Aſſenſu, qua ratione Baroniæ demanialia evadant.

Baronię, aut Feudi pars diviſa, qualiter Feudum de per ſe remaneat.

Vaſallagium quomodo, & quo tempore acquiſitum decerni poſſit.

Inductio Vaſalli in Feudi poſſeſſionẽ.

Deſcriptio acquiſiti Feudi, ſeu regiſtratio in Regiæ Cameræ Quinternionibus, ac in Cedulario Adohæ Baronum notatio, earumque cauſæ, juſſa, & varii effectus.

Feudo jam nato, atque conſtituto, Vaſallo illud retinente, ad illius conſervationem attinent. Ad feudi cõſtituti conſervationem, Vaſallo illud retinente ſpectant.

Qua-

Qualiter Feudum retineatur.

Fidelitatis continuum obſequium.

Subſidia.

De cavalcata ſive de ſervitiis Vaſallorum, ſervitiiſque Feudalibus.

Oſtenditiæ, ſive ſervitiorum adohæ, ac donativorum præſtationes.

Pro feudi incremento, ſervitii auctio.

Sumptus, & impenſæ, quæ interſerviendum fiunt.

Cauſæ propter quas Vaſallus excuſatur, ſi Domino non ſerviat.

Recognitio pro Feudo jam cōſtituto.

Adjutoria, Collectæ, Immunitates.

Bona intra fines feudi, Baronis præſumi, alio non poſſidente.

In Montibus, Nemoribus, & aquis Barones fundatam habere intentionem, intra Feudi limites.

Alienationum Feudi prohibitiones. Et qualiter extendantur ad uſumfructum in prædio feudali, ſervituteſque reales non imponendas, dotiſque donationes, oppignorationes, locationeſque non faciendas.

Remedia impediendi, infringendi, ac revocandi feudi alienationem, diſmembrationemque; unde Reintegratio.

Alienationum ſine Aſſenſu initarum, re-

revocationes expreſſæ, vel tacitæ ex Regni quoque Conſtitutione *Conſtitutionem Divæ memoriæ*.

Non revocante Vaſallo, an Dominus directus, & quando revocare poſſit alienatum feudum ſine aſſenſu.

Jus retinendi feudum alienatum. Quidque ſit Feudi tenuta.

Titulorum ſuper alienato feudo retentio, extinctio, aut in alium translatio.

De fructuum feudi diſpoſitione licita ſine Aſſenſu, & quando invalida.

Aſſenſus Regius mortuo Feudi alienatore, qualiter impetrari poſſit, & an ſine novo hæredis conſenſu expreſſo.

Evictio, cujus nomine venditor Vaſallus, tenetur emptori.

Subinfeudatio in caſibus permiſſis ſubſtinenda.

Aſſenſus pro hypotheca ſuper feudo contrahenda.

Conſenſus hominis, legis, aut feudi natura, qualiter in feudi alienatione inter ſe prævaleant.

Quando Aſſenſus concedi oporteat, & petitus eſtò non conceſſus pro præſtito habeatur; Qualiter ſit gratia ejuſque formæ, & clauſulæ in Regia Cancellaria variæ, effe-
ctuſ-

ctuſque diverſi, ac interpretationes ex gratiis quoque benignitèr à Clementiſſimo Rege Baronibus elargitis.

Illius regiſtratio in libris Regiæ Cancellariæ, & expeditio in forma privilegii inbra biennium; & quando neceſſaria ſit regiſtratio in Quinternionibus Regiæ Cameræ ejuſque defectus corruat feudi alienationẽ, ac refutationem, circa impetrationem Aſſenſus, quid operentur verba Regiæ decretationis *fiat in forma*.

Ex pacto de retrovendendo in feudi venditione adjecto, quomodò liceat ſucceſſori Venditoris jus luendi nullitèr alienantis, judicio exequutivo agere.

Tranſactio, & compromiſſum ſuper feudo, Vaſallo illud retinente.

Mandatum ad omnes cauſas qualiter comprehendat feudales.

Quid juris in contentione inter Dominum, & fidelem de beneficio, Vaſallo illud retinente.

Vaſallus, ſivè Feudatarius, an poſſit ſuper feudo cenſum imponere.

Antichreſis inter Dominum, & Vaſallum, an ſit licita.

Creditorum feudi, vel Feudatarii, ſuper feudo actiones, earumque experimentum.

Re-

Digitized by Google

Remedia adverſus Vaſallorum gravamina.

Feudatario defuncto, ipſo tamen feudo in vita permanente ad ejuſdem quoque conſervationem pertinent. Et quæ vaſallo mortuo.

Teſtamenti ultimarumque voluntatum, qualis circa Feuda, & quando invaliliditas: & Feudo legato, an debeatur extimatio; & quid donato feudo.

Gravamen ſuper feudo hæreditario, aut mixto, quo jure, & qualiter ab hærede in feudo exequendum.

Exhæredatio liberorum, an militet in feudo.

Succeſſionum ab inteſtato ordines, Aſcendentium, Deſcendentium, & Collateralium ſuperiorum, & inferiorum, proximitates, ſtirpeſque, aut lineæ ſubingreſſiones, nec non inhabilitatis conſiderationes.

Conſuetudines feudales utuntur duplici nomine geniculo, ſcilicet, & gradu.

Edicti ſucceſſorii, an militet in feudis diſpoſitio, & quæ alia militent edicta.

Maſculini ſexus, graduſque proximioris in feudo, ac ejus partibus de jure Longobardorum admiſſio. Dividui feudi eodem jure inter æquales in gradu ſucceſſores diviſio; repræſentationis vis, ac jus accreſcendi.

De filio nato ante Patris nobilitatem; De lege Salica, Morgana; De matrimonio morganico,& pactis circa illud;De legitima portione; De Primogeniorum jure;De ſucceſſione ex pacto; De ingratis liberis.

De fœminarum earumque filiorum ſucceſſione in feudis.

Juris Francorum,quo individua feuda ſunt, gradus, & in ea ſexus, & ætatis prærogativa; quæ extenſiones gradus in feudi antiqui, aut novi ſucceſſione, & an procedant in Collateralibus ſuperioribus, ſicut in inferioribus,ſive ex utroque ſive ex altero tantum latere conjunctis ſuperſtitibus; & quid ex latere, à quo feudũ defũcto nõ pervenit.

Quidque ad hæc ex conſtitutionum,capitulorum, & gratiarum Regni jure benignè conceſſarum à Benigniſſimis Regibus huc uſque elargitum fuerit. Et de conſanguinei, & uterini in feudi ſucceſſione.

Dialogi Bartholomæi Camerarii, ejus in odium veritatis ædito reſponſo habiti diſpungendi, ex vero intellectu *cap.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, & cap.*1. *§.bis verò de gradibus ſucceſſionum ex conſuetudinibus feudalibus;* Et ex Regni Siciliæ legibus, ac ad genuinam declarationem *cap.volentes, cap.ſi aliquem, cap. conſtitutionem æditam, & conſtitu-*

tionis, ut de ſucceſſionibus.

Qui & qualiter retento feudo poſſint defuncti hæreditatem repudiare.

Quo jure mortuo Feudatario petatur inveſtitura; & per ſucceſſores in feudo fidelitatis juramentum præſtetur; & qualiter in feudo dividuo.

Apud jura Longobardica renovationes inveſtituræ diverſimodè petendæ in feudo antiquo,aut novo,& à Feudatario milite.

Et in Regno quomodo antiquitùs obſervatum, dum per privilegium in forma communi confirmante renovabantur inveſtituræ, quod in deſuetudinem abiit; dum per obitus feudatarii denunciationem,confirmantur ſive renovantur inveſtituræ.

Cauſæ, & effectus hujus renovationis tam reſpectu Domini, quàm vaſalli.

Solutio Relevii ſimplicis,vel duplicati, ſive cum intereſſe, ac Tapeti jure.

Quindennii ſimiliter ſolutio de amortizato feudo.

Cauſæ, quibus vaſallus legitimè renovationis omiſſæ pœnam evitat.

Baliatus.

Feudum qualiter dicatur legitima primogeniti.

Æs alienum à toto feudatarii patri-

monio militari, & paganico detrahendum per contributum.

Beneficium legis, & inventarii, an ſucceſſori in feudo proficiat.

Exiſtente in vita feudo, quæ ſint jura vaſalli.

Similiter exiſtente in vita feudo, ad finem, ejuſque effectum pertinent.

Jura quaſi dominii Vaſalli, ſeu Junioris in feudo, ratione cauſæ, ac modi, eorumque commoda.

Amor, & honor, & reliqua ejusmodi, quæ vaſalli debent Domino.

Ejuſque fratrum.

Jura, quæ ſuper feudo habent feudatarii fratres.

Pro appanagio.

Vita militia in antiquo feudo dignitatis; vel ex jure francorum individuo.

Pro pretii parte jure collationis inter filios in feudo paterno, aut nepotes præmortuo Patre in feudo avito uſu recepta, non verò in linea collaterali.

Ac ſororum.

Inſuper, & ſorores pro dotatione, ſive paragio, & an in bonis feudalibus maternis habeat locum Regni Conſtitutio fœminarum, per maſculos à ſucceſſione excluſiva.

De Filingeria ſive commentaria ad Pragm. 1. *de feud.*

Aſſenſus Regis ex capitulo, & gratia Neapolitanis conceſſo pro dotium, & antefati

Digitized by Google

fati ſuper feudis hypotheca, non vero pro donatione contemplatione matrimonii.

Jura quoque Agnatorum in feudo vigent, ſive vendito, aut alienato ex contractu retrahēdi, ſive ex jure prothomiſeos, vel jure ſucceſſionis, aliiſq; ſuo loco enumerandis. Agnatorumque.

Similiter Domini jura in Feudo.

Jura etiam quæ retinet in feudo Dominus, ſive Senior ratione quoque cauſæ, ac modi, & quæ viciſſim ſint onera vaſalli, & quomodo poſſit feudatarium cogere, ut oſtendat ſibi rem feudalem, & ejus limites, ſeù quantitatem rei conceſſæ in feudum.

Amor, quem Dominus viciſſim debet vaſallo cum providere debeat, nè vaſalli deveniant in paupertatem.

Dominus, & vaſallus quando ad paria judicentur.

Vaſalli demaniales quinam ſint, & quando Domino liceat illis invitis, demaniales Urbes, ſive Terras alienare, & quid interſit inter demania ex privilegio, vel in remunerationem ſervitiorum, aut ex contractu oneroſo conceſſa. Jura Univerſitatum in Feudis.

Prælatio Univerſitati, aut ejus Civibus competens in venditione, aut locatione feudi.

Contrariæ Feudi cauſæ ad ejus interitum conferentes.

Demum ad feudi interitum cooperantes, ſive contrariæ feudi cauſæ ſunt, aut il-

læ,

Digitized by Google

læ, quibus feudum finitur ex re ipſa, & ex perſonis, aut cauſæ, quibus feudum amittitur, quæ dupliciter numerantur.

Directa. Directę puta variæ cauſæ, vel defectus Vaſallo ſupervenientes perſonam principaliter, aut in conſequentiam tangentes. Ex impedimentis ſcilicet per Clericatum. Vel occaſione rerum, violentia, invaſione, occupatione, caſmate, negligentia, præſcriptione, petitione, vendicatione, vel ob culpam ex delicto in Dominum patrata; ob quas Vaſallo etiam invito feudum adimitur, & quid interſit inter felloniam, & læſæ Majeſtatis crimen, & quid propter parricidium.

Suntque aliæ ingrati animi in Dominum ſpecies, & exempla culpæ in non Dominum commiſsæ; Imò, & culpæ omiſſionis, ob quas auferri militare prædium contingit; & indè quibus beneficiarii delictum, aut culpa obſtet, vel nè.

Hæredes Domini quomodò controverſiam amiſſionis beneficii ſuperſtiti Beneficiario, eoque vita defuncto, ipſius hæredibus movere, & beneficium vendicare poſſint.

Ex quibus jure feudorum incorporatio, ſive feudi ad Dominum reverſio, modus, atque ratio, qua commiſſum feudum

Va-

Digitized by Google

Vaſallo aufertur ipſo jure, Domino propria authoritate feudum ſibi avocante, vel per ſententiam.

Culpæ remiſſiones, & illæ an feudi naturam mutent.

Similiter eadem feudi extinctio directè fit ex accidenti aut natura, per mortem vaſalli abſque legitimo ex Inveſtitura ſucceſſore. Aut in feudo, in quo nulla eſt ſucceſſio.

Et hinc devolutio, & dum illa declaratur, ſi contenditur inter Dominum, & Fidelem de feudo defuncti militis, tàm circà poſſeſſionem, quàm proprietatem quid juris ſit, & qualis ad hoc ſit praxis iſto in Regno, ex *c. dudum ex præſumptuosè*.

Indirectę verò ex voluntate vaſalli ſortitur feudi in ejus perſona extinctio. Ac indirectæ

Aut puta licitè alienando, retrocedendo, renunciando, cedendo, refutando, permutando, in ſolutum, vel in dotem dando, oppignorando, pro annuo cenſu obligando, deque alia ſpecie alienationis, quæ ob urgentem neceſſitatem fit, & in aliis caſibus, abſque Domini, & eorum, quorum intereſt conſenſu à jure feudali permiſſis.

Et ea propter Laudimia in caſibus licitę alienationis Domino debita.

Illi-

Illicitè verò alienando, vel quomodolibet ſuper feudo, adverſante feudali jure, contrahendo, quo caſu feudi alienatio, ipſo jure nulla eſt.

Sivè etiam prætermiſſa inveſtitura, mortuo vaſallo.

Ex quibus de jure feudorum finitur feudum in perſona vaſalli; & cui illud deferatur in ſingulis caſibus, ſecundum diverſâs feudi ſpecies liberis, Agnatis, Domino, aut Fiſco, & viceverſa.

Et quid in Domino, reſpectu feudi proprietatis.

Rurſus quoque alienatio, quæ fit à Domino aliquando invalida; & quæ in Domini perſonam adſint in jure feudali cauſæ, ex quibus à feudi proprietate cadit; & hinc proprietas illa commiſſa, cui iſto jure deferatur.

Qualitèr vaſallus à fidelitate, & obedientia Domini liberetur.

Extincto feudo, quæ reſulteant.

Feudo extincto ob reverſionem, incorporationem, aut devolutionem, ſive in allodium reducto.

Sequuntur exindè.

Fructuum diviſiones qualiter faciendæ inter ipſum Dominum, & vaſalli hæredes,

Cuique reficiendæ impenſæ, ſicque incrementa, meliorationes, ædificia, & cæteræ acceſſiones acquirantur. One-

Onerum feudi, vel feudatarii ſolutio, à quo facienda;unde concurſus quoq ue creditorum ſuper feudi devoluti,ac venditi pretio, actioneſque feudo devoluto, & quæ dici poſſint potiores,mothodus, & quare propter Aſſenſum ſuper hypotheca præſtitum ex pretio feudi ſatisfiat creditoribus, & deducenda ſit Adohæ nova taxa, & de illius praxi.

Reverſo, ſive devoluto feudo ad Dominum, ſive Eccleſiaſticum,aut Laicum an teneatur alteri illud concedere, & non ſibi appropriare.

Ad expoſita ſingula quæſtiones quamplurimæ examinandæ eveniunt. Quæſtiones feudales.

Et poſt præfatorum enucleationem.

Judicia ſequuntur feudalia, & indè. Feudalia judicia.

Ubi ſeù apud, quem competenter illa exerceantur.

Actiones ex *Iſernia*, & exceptiones ſuper feudo vaſallo, ejuſque fratribus, & ſororibus, Dominoque pro eorum Juribus competentes.

Perſequutionis genus, & ea, quæ in Curia feudali aguntur, uſque ad litis conteſtationem.

Deque vaſallorum litigantium perſonis, ac de Paribus Curiæ Judicibus.

Forma, ac modi exercendi Judicii feudalis.

Feudi ſequeſtro, in quibus caſibus, & ad cujus inſtantiam ſit locus.

Ea, quæ poſt litem conteſtatam,& ante ſententiam aguntur, ac examinantur,ſive de præſumptionibus, probationibus,jure jurando purgationis, vel in ſupplementum,ac de delatione illius, contra, quem plenè probatum non eſt,nec non de Sacramentalibus in deſuetudinem verſis.

De ordine jus dicendi in cauſis feudalibus, ac deficiente inveſtituræ tenore, jure locali, & Longobardico, cui ſtandum ſit, & an juri nationis dominantis, Civili, vel Canonico.

De remediis, ſivè interdictis poſſeſſoriis vaſallo, aut Domino circa feudi poſſeſſionem.

Controverſiarum feudalium ſententiæ deque appellationibus, & de temporibus,ſivè fatalibus earum.

Res judicata; & qualitèr illa in feudalibus cauſis vaſallo,aut Domino aperto quoque feudo obſit.

Executio ſententiarum.

Rurſus.

Feudales differentiæ.

Quid interſit inter feudi,officii,cenſus, & em-

& emphyteuſis naturam .

Differentiæ ad prædicta inter feudorum conſuetudines, jura Pontificum, Imperatorum, Regum, Principumque, ac præſertim Regni hujus Neapolis, eorumq; Gloſſatorum, Commentatorum, & Interpretum cenſura.

Declaratio inde ad hæc legum Siciliæ ultra, & citra Farum, & hujus Regni Conſtitutionum, Capitulorum, Rituum, atque à Sereniſs. Regibus elargitarum gratiarum de Feudis diſponentium. Vtriuſque Siciliæ legũ ad feuda attinentium interpretatio.

Adnectitur quoque legum Civilium Romanorum ex jure publico, præfatis adfinium, conſonantia, veluti, ad fiſcalia, militaria, ac municipalia ſpectantium, tam ex libris Pandectarum, quam Codicis, ac Novellarum Conſtitutionum. Romanorum jurium ex iure publico ad feudalia ſymbolica.

Miſcellanea tandem ad rem feudalem ſimilia conferentia, ac ſimilia veluti ad corporis hujus calcem accedentia, puta. Feudorum Miſcellanea.

Vacua poſſeſſio apud Feudiſtas, quæ dicatur.

Morgonatica quid ſit.

In dubio feudum ne, an allodium præſumatur.

Argumentum de feudo ad officium, vel emphyteuſim, & è converſo an valeat.

Et à contrario ſenſu in conſuetudinibus feudorum, an ſubſiſtat.

Filiorum appellatione in feudis utrum veniant nepotes, ac pronepotes.

In jure feudali hæredis appellatione quis intelligatur.

In feudis, utrum alter alteri ſtipuletur.

Vaſallus an Dominum inopem alere teneatur.

Et in jus vocare poſſit.

De ceſſione jurium, ſive actionum ſuper feudo, & qualiter Aſſenſus Regius ſuper illa neceſſarius ſit.

De Aſſenſuum difformitate à contractu, & de ſubreptione, & obreptione, in precibus pro impetratione, & aliis defectibus, ex quibus nullitas, & invaliditas reſultat.

In quibus caſibus Aſſenſus à Rege impetrandus ſit, & non juvet à Prorege impetratus ad intellectum Pragmaticæ nouem capitum *de feudis*.

Aſſenſus in contractu cum Domino celebrato, & quid præſente Domino, aut illo conſcio an requiratur; Aſſenſus Tacitus verò an ſufficiat, & quid in Regno Neapolitano.

De cenſus ad formam antiquam in feudum conſtitutione, & de illius natura.

Man-

Mandati irrevocabilis in rem propriam effectus in exercitio actionis ſuper feudo abſque aſſenſu,& quid mortuo conſtituente.

De ſubingreſſione in hypotheca ſuper feudo, ſive ex pacto, ſive ex vi ceſſionis juris luendi, aut *ex l.ariſto D.qui pot.in pign.bab. &* *l.1.C.de his,qui in prior. credit. locum ſucced.* & an illarum diſpoſitiones habeant locum in hypotheca ſuper feudo.

De Regalibus juribus, & officiis eorũque ſucceſſione commutatione, & hypotheca abſque Regis Aſſenſu non militante, ac de honorario, emolumentis, ſive fructibus ad intellectum *Regiæ Pragmaticæ* 3. *de Offic. ad Reg Majeſt. &c.*

Regnorum, ac ſtatuum liberorum jura ſucceſſionum, ac retentionum.

De jure belli, & pacis, ac de fœderum juſtitia, uſuque, & de repræſaliis.

In quibus differant Italiæ feuda à feudis Hiſpaniarum, & de effectu Majoratuũ in feudis, cum Regia facultate inſtitutorum.

In quorum omnium cœterorumque accedentium textura, ac declaratione, conſuetudinum feudalium methodo ab *Andreæ Iſernienſis*, præſertim theoricis commentariis excerpta minimè neglecta. Ex utriuſque juris

ris lumine *Baldo Peruſino*, *a* me dirigamdum inquit.

Opus hoc conſtanti animo aggredior, quod Divino auxilio proſequendo, per ſingulos titulos Textus exponendo, notabilia colligendo, & opponendo, & quærendo; nec non adjacentes materias pertractando, ad finem uſque perducam. Nec tacebo eos, à quibus voce mortua didici, atque viva; quia honor eſt in honorante. Et quia occultator laudis alienę furi par eſt. b Remiſſiones, quas faciam eliciendo, Concluſiones ubi expediet, & dicta aliorum meliorando, & magis fundando declarabo; Nec aliquid, quod ſit ponderis dimittam, quin eligam, quod mihi videtur, ut apertior, & aptior ſit via aliis intelligendi, ſupplendi, ac etiam approbandi. c

Quoties verò Cathedram aſcendam placere ſummo Creatori incumbam, quia ſcientia non ad delectationem hominum, ſed ad Dei laudem prædicanda eſt, *d* & legendo utilitatem Audientium ſummo deſiderio quæram, non aviditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis *e*. Veras concluſiones referendo, quate-

a *Bald.in proęm.feud.*
b *Arg.D.ad l.falcidiam l.hæreditatem,§.fin.*
c *Cui conſonat Andr.in proœm. in fin. n.14.*
d *22.q.c.1.* e *23.q.4.c.obiiciuntur in fine.*